MVSEI SANCLEMENTIANI
NVMISMATA SELECTA
LIBER SECVNDVS

MVSEI SANCLEMENTIANI

NVMISMATA SELECTA


IMPERATORVM ROMANORVM

GRAECA AEGYPTIACA

ET COLONIARVM ILLVSTRATA

CVM FIGVRIS

PARS I



ROMAE
TYPIS VINCENTII POGGIOLI
AN. VVLG. AER. MDCCCVIII
FACTA AB IIS QVI PRAESVNT EDENDI POTESTATE

PROOEMIVM

ERVDITO LECTORI

Quantum Series Imperialium Numismatum, quae extra Vrbem Romam, tam in Civitatibus graece loquentibus, quam in Coloniis edita fuere, sit caeteris copiosior, quantum insuper ea conferat ad plures veteris historiae, tam graecae, quam romanae partes, vel illustrandas, vel etiam ab interitu vindicandas, nemo sane, quem hoc studium delectet, vel ipsius tantum fontes attigerit, ignorare potest. Nam praeter cujusque Imperatoris, caeterorumque ejus Familiae imagines, quas offerunt singula hujusmodi Numismata; sive Geographiam, aut Chronologiam spectemus, quae duo praecipua sunt Historiae lumina, et bases; sive mente contemplari lubeat quae fuerint leges, et instituta singularum Vrbium, quae ipsarum regiminis forma, qui Deorum, Dearumque inanium cultus, qui

Magistratus, quae festa, ludi, atque certamina sacra, qui praeterea fluvii, fontesque, quibus alluerentur; sive denique animo reputemus earundem Conditores, Heroas, Cives illustres, aliosque insignes Viros de eisdem optime meritos, privilegia quoque ab Imperatoribus accepta, aliaque id genus plurima, quae ad uniuscujusque situm, potentiam, ubertatem, ad aedificiorum, templorumque splendorem, ad initam cum aliis Civitatibus societatem, et concordiam, ad dignitatum demum, honorumque gradus, titulosque amplissimos earum pertinent, in hac Numismatum Imperialium Serie singula quaeque contineri, ac primigeniis characteribus expressa ad nostram usque aetatem ex tanto intervallo incorrupta fide transmissa invenies.


Quanquam vero maxima pars eorum, quae hactenus commemorata sunt, in hac luce, et copia, in qua versamur rerum Numismaticarum uberrime jam edita, atque egregie a praestantissimis Viris exposita, et illustrata fuerint; quibus etiam magnum accedit incrementum ab eo nummorum genere, qui ab Vrbibus, Populisque autonomia gaudentibus sine Imperatorum imagine emissi fuerunt, quorum pariter extant eruditi insignium Virorum commentarii; cum tamen Numismatici regni, praesertim Imperialium, de quibus modo sermo est, fines tam late pateant,

quantum olim imperium ipsum Romanum, et singulae fere Vrbes, atque Oppida eidem subjecta e suis Monetariis Officinis tam saepe pecuniam suam emitterent, ad obsequium Imperatoribus praestandum, simulque ad propria Civitatis ornamenta honoris exhibenda, mirum sane videri non potest, si plura adhuc supersint numismata, quae in dies e terrae visceribus emergant, quaeque prodesse possint ad hanc ipsam Seriem augendam, ornandamque.

Qua propter cum primo in libro ex selectis nummis Regum, atque Vrbium liberarum aliquid profecisse videar ad hujus scientiae incrementum, modo ex imperialibus majores etiam fructus in eundem finem redundaturos esse confido; quod praecipue intelligendum de illo nummorum genere, in quibus vel notae chronologicae, quae nondum perspectae erant, continentur; vel si editae magno sunt adjumento ad plurimas jam vulgatas Epochas supplendas, vel meliori in lumine collocandas, certioribusque finibus circumscribendas. Neque hoc loco quidquam de singulis hujusmodi additamentis nostris commemorabo: Eruditus Lector de iis specimen aliquod sibi comparare poterit, si velit, in percurrendis Indicibus rerum praecipuarum, quos tribus sequentibus libris data opera studiose, copioseque confectos adjiciendos duxi. Seriem Imperialium, ne unicum volumen in nimium ex-

cresceret, in binas partes dividere necesse fuit. Quo ad eos vero nummos, qui Epochas, sive notas chronologicas exhibent, eosdem in postremo volumine cum caeteris omnibus hactenus editis illustrandos mihi reservavi.

Veterem methodum praeclarissimi Vaillantii exemplo retinui in singulis describendis nummis addita tamen accurata capitis epigraphe, quam ille non sine detrimento majoris in hoc studio progressus plerumque omisit. Atque haec sane methodus, mihi magis perspicua, et expedita visa est, qua insuper servatur ordo, tam quo ad imagines, quam quo ad aversam partem ad unumquemque Imperatorem spectantes, quas hoc pacto quisque commodius invenire, de iisque judicium suum proferre poterit. Quod in secunda parte, absoluta Imperialium illustratione, quaedam varii generis monumenta anecdota, tum Exercitationes aliquot Chronol. adjiecerim, id Erudito Lectori gratum, acceptumque futurum spero.



SERIES NVMISMATVM

IMPERATORVM ROMANORVM



CN. POMPEIVS MAGN.

ΓΝ ΠΟΝΠΗΙΟC (sic) Caput Cn. Pompeji M. nudum.
ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΘΚC *Pompejopolitarum* anno CC-XXIX. Mulier stolata, et capite turrito sedet, s sceptrum inversum tenet, sellae, cui insidet anteriores pedes in sphingis alatae figuram desinunt. Ad ejus pedes parvus amnis caput exerit. Ær. 2. Tab. XIII. num. 1.

Numismatum Imperialium seriem hanc nostram Cl. Vaillantii exemplo praecedit Cn. Pompejus M. Reipublicae Romanae lumen, et ornamentum. Sed in eo Vaillantii multa sunt, quae desiderantur ex nostro integerrimo supplenda. Praenomen imprimis Pompeji apud eundem, caeterosque, per simplex Γ describitur, quod sine errore esse nequit. Nam in vetustis monumentis Γ solum ad Caji, non Cnej praenomen exprimendum adhibebatur. Notandus etiam pecullaris scribendi modus lit. N pro M in nomine Pompeji. In aversa vero parte nulla in nostro extat prora navis, cui

pedem impositum teneat Genius Vrbis. Et revera Pompejopolis a Geographis inter Vrbes Ciliciae campestris recensetur, atque veteres Historici narrant Pompejum confecto piratico bello, praedonum reliquias, quas sua providentia dignas judicaverat, in interiora Ciliciae transtulisse, iisque agrum colendum assignasse, instaurata Vrbe Solo, quae ab eo deinceps Pompejopolis nominata est. Parvus tantum amnis ad pedes mulieris caput exertum ostentat, quem fontis Suniadis typum esse facile consenseris ex nummo Commodi apud laud. Vaill., aliosque, in cujus posteriori parte legitur ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΠΗΓΗ COΥΝΙΑC ΒΝC *Pompejopolitarum fons Sunias* anno 252; ex quibus notis patet hunc nummum vigesimo tertio post anno ab hoc nostro signatum fuisse. Nota sunt quae Pausanias in Attic. memorat de Minerva Suniade, et de fano, quod erat ei in Attica dedicatum ad Sunium promontorium, unde etiam nomen Suniadis Minervae inditum. Quod esset amnis apud Pompejopolitas sub tutela fortasse Minervae Suniadis, sic ab iis appellatus.

Nummum nostrum maxime commendat epocha, quae nunc primum in nummo Pompeji innotescit. Ex ejus cardine, de quo vide in lib. n. de Vulg. Ærae Emend. tum in altero de Nummis Imp. cum notis chronologicis, sequitur nummum editum fuisse anno V. C. Varr. CMXVI ex autumno praecedentis, atque complecti annum secundum, et tertium imperii M. Aurelii cum L. Vero. Notandum Pompejopolitas hoc pariter anno, quo L. Verus in Orientem ad Parthicum bellum properavit, nummum emisisse cum imaginibus illustrium civium suorum Chrysippi, et Arati, id testantibus eisdem notis ΘΚC apud Hunter, Vaill., Hard., aliosque; nec non etiam autonomum primae formae cum capite Palladis galeatae, et epigraphe ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΘΚC in anteriori; Apollinis vero nudi stantis cum ramo palmae, et lyra columnae imposita in aversa parte

ex Museo Odescalco, deinceps Vaticano. Hinc praestat animadvertere ex nummis modo descriptis, iisque temporibus, quae innuimus, signatis manifestum fieri Orientales Vrbes ex statuis, signisque, quae apud se servabant, sive Conditorum, sive illustrium Civium, vel etiam exterorum, a quibus beneficiis affecti fuissent, posteriori aetate eorum memoriam in sua pecunia publica non semel renovasse; quemadmodum id pariter factum constat de Homero a pluribus Vrbibus, de Euclide sub Hadriano, de Xenophonte Coensi Medico sub Claudio, ac propterea mirum videri non debere, si id etiam praestitum fuerit de Marco Tullio Cicerone a Magnetibus Lydiae. Sed de his fusius actum est in Dissertatione de praestantissimi hujus Romanae eloquentiae Principis numismate Classensi, quam vide si lubet. Hunc ipsum ex Mus. nostro editum etiam invenies apud Sestin Descript. N. V. p. 407.

C. IVLIVS CAESAR

ΘΕΟΣ Caput Jul. Caesaris laurea ornatum.

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ Caput Augusti nudum. Duplex Ær. 3.

Singulis fere Imperatoribus, eorum uxoribus, filiisque hanc Vrbem nummos cum imagine dicasse constat. Quosdam ejusdem anecdotos invenies infra suis locis.

.... ΑΙΕΩΝ, Supple ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Caput Jul. Caesaris nudum.

... ΠΙ ΓΑΙΟΥ ΟΥΙΒΙΟΥ ΠΑΝΣΑ. In imo ΒΛΣ *Sub Cajo Vibio Pansa Anno* CCXXXII. Victoria gradiens, d. corollam, ad humerum sin. palmam gerit. In area monogramma ΔΕ. Ær. 2. Tab. XXXVI. Addit. n. 1.

N.. ΑΙΕΩΝ Caput nudum Jul. Caesaris.

... ΠΙ ΓΑΙΟΥ ΟΥΙΒΙΟΥ ΠΑΝΣΑ In imo ΓΛΣ Anno CCXXXIII: Victoria gradiens, ut in superiori. In area ΔΕ. Ær. 2. Tab. XIII. n. 2.

Nummus integerrimus, ex quo eruitur, consentiente etiam superiori, lectio Vrbis Nicaeensium, emendatur Vaillantius, qui similem nummum in Jul. Caesare Pergamenis adscribit, certi efficimur de epocha anni ΓΛΣ, quae clarissime legitur, tum de expressa Caesaris Dictatoris imagine, denique quod Morellio nullum oculis glaucoma obiectum sit, dum in duobus Nicomediae nummis sub eodem Pansa cum aquila stante epocham ΒΛΣ se legisse testatur. Nam Vibius Pansa annuam tantum Bithyniae administrationem gessit. Non ergo, ut Havercampus Morellium emendans, legebat, admitti potest in hisce nummis annus ΕΛΣ, quoniam in nostro secundo loco descripto integerrimae supersunt notae ΓΛΣ, in primo vero, licet minor nota aliquantum vitiata sit, retinet tamen formam literae Β, nec alia sane esse potest. Quid ergo statuendum erit de nummo a Cl. Lieb. allato in Gotha Num. p 238 Vrbis Apameae Myrleaeensium cum aquila, et notis ΕΛΣ? Alia fuerit epocha Vrbis Myrleaeensium: Ε pro Β a Lieb. acceptum fuerit: uno verbo quidvis admitti poterit praeter unum illud, quod in nummis Nicaeensium primo, et secundo suprascriptis cum magistratu Vibii Pansae, et imagine Jul. Caes. Dictatoris aliter legendum sit, quam ΒΛΣ, ΓΛΣ. Etiam Cl. Sestin. in lib. nuper edito Descript. Num. Vet. binos citat autonomos ejusdem Vrbis Nicaensium ΕΠΙ ΓΑΙΟΥ ΟΥΙΒΙΟΥ ΠΑΝΣΑ, in quo infra legit ΕΛΣ. Sed mihi non dubium, quin in errorem abreptus fuerit ex communi opinione, quod ita legendum sit, licet detriti essent ii nummi. Itaque ex notis ΓΛΣ, quae cum prioribus ΒΛΣ comparentur definiendus hujus epochae cardo, quod praestabimus in lib. de Epochis, sive de nummis Imp. Roman. cum notis chronologicis; ubi etiam annuae administrationis Pansae tam Bithyniae, quam Gallicae tempus suis finibus ex indubiis monumentis circumscriptum, constitutumque invenies.

NVMMI COLONIARVM

LAVS IVL Caput Julii Caesaris laureat.
COR
CERTO ÆFICIO
C. IVLIO IIV.... Pegasus Bellerophontem inequitantem gestat. Abest Chimaera, cum qua in aliis pugnans describitur. Ær. 2.

Legitur etiam apud Arigon. CERTO ÆFICIO; sed in eo cum chimaera apud Vaill. ÆPPIO, quae lectio, ut supra in nostro, supplenda videtur AEFICIO.

ARISTO MVTVMBAL RICOC....... Capita jugata Julii Caesaris Dict., et Augusti.
KAR KOL..... NERIS. Supple VENERIS. Templum 4 columnarum. Ær. 1. Tab. XIII. n. 3.

Plerique ex his nummis editis jugatas exhibent facies juveniles, ut videre est in iconismo apud Pellerinium Pop. T. III. Tab. LXXXVIII n. 9. Ex quo factum est, ut a quibusdam ea capita Cajo, et Lucio adscriberentur. Verum in hoc meo facies superimposita viri in senium vergentis imaginem refert, ejusque lineamenta ad Divi Jul. Caesaris similitudinem accedunt; alteram vero cum sit juvenilis aspectus, Caesari Augusto aetate florenti assignandam censerem. Neque typus id prohibet, quoniam apud Carthaginem Veneris templum in Juliae Gentis honorem extructum fuisse constat. Ex proposito iconismo judicet eruditus Lector, quid sibi veritati magis consentaneum videatur.

De memorato Veneris templo, de epigraphe, et magistratus nomine, qui SVF suppleri debet, videndi prae caeteris laud. Pellerinius, tum Eckhelius Doctr. N. Vet. T. IV p. 138. Illud hic innuere sufficiat eam vocem, interprete Festo, consulem lingua Poenorum significare, summum nempe magistratum, ut apud Romanos. Hinc Livius Hist. lib. X de

bello Punico sic habet: *Senatum itaque Suffetes, quod velut consulare imperium apud Carthaginenses erat, vocaverunt.*

DIVO IVLIO Caput Jul. Caesaris nudum.

D D retrograde scriptum: Cornucopiae cum frugibus. Integerr. Ær. 2. Tab. XIII. n. 4.

Ad eorum similitudinem accedit nummulus iste, qui apud Valentiam Bruttiorum editi habentur. Vultus lineamenta ab iis Julii Caesaris toto coelo distant, quod Monetarii inscitiae tribuendum. Colonia facta fuerat, atque ex S. C. deducta ex Livio lib. XXXV L. Quinctio, Cn. Domitio Coss. An. V. C. Varr. DLXII, eaque Bruttiis erepta, quae prius Hipponium, Vibo deinceps Valentia appellata fuit. Paterculus vero eam deductam scribit ante annum XLVII, triennio post Spoletium.

M. BRVTVS

BRVTVS IMP. Caput M. Bruti nudum d. respiciens.

CASCA LONGVS Trophaeum navale. Aur.

Vide illum paulo ante in fine Proaemii.

In serie Imperatorum a Vaillantio praeter Pompejum M. recensentur etiam M. Lepidus, et M. Antonius. Inter eos itaque locum sibi quoque vindicare potest M. Brutus, cujus propterea insignem aureum nummum hic afferre lubet, deficientibus graecis, ob ejus imaginem ad vivum expressam, et qualis ab ipso Julio Caesare descripta legitur apud Plutarch., facie macilenta: affirmabat enim sese minime timere obesos, et crinitos, sed pallidos, et macilentos, Brutum, et Cassium notans. Vnicus alter jam ditaverat Gazofilacium Imperiale Vindobonense, de quo vide Eckhelium in Famil. Junia.

TRIVMVIRI

Capita Triumvirorum M. Lepidi, M. Antonii, et Caesaris Divi fil. sine epigraphe.

... ΧΙΕΡ Supple	ΑΡΧΙΕΡ
... Γ ΡΑΜ	ΕΥC ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ
ΓΛΑΥ ΚΩΝ	ΓΛΑΥΚΩΝ
Ε ΦΕ	ΕΦΕΣΙΩΝ
ΜΑ ΖΑΚ	ΜΑΖΑΚΗΣ
. . .	Η Σ

Diana cum attributis. Ær. min. pulcherr. Tab.XIII n. 5.

Apud Vaill., et Morell. nomen magistratus postremo loco positum est ΕΥΘΥΚΡΑΤΗΣ; apud Haym Parte II p. 212 Tab XXV. n. 4. est ΛΕΚΗΠΑΔΗΣ. Itaque tertius iste ab iis diversum nomen exhibet.

M. LEPIDVS

Caput M. Lepidi epigraphe vitiata.

..... ΚΑΙΣΑΡ Caput Caes. Divi fil. Ær. 3.

Similem habet Vaill. magis integrum, in quo tamen legendum arbitror ΜΕΓΙΣΤ loco ΜΕΓΑΣ. Alium vide inter autonomos Antipolis provinciae Narbonensis pag. 147, in quo pariter de M. Lepido mentio habetur.

M. Lepidus unus ex Triumviris brevi omni potestate privatus unum Pontificatum max., quem post Jul. Caesaris necem acceperat, ad mortem usque concedente Augusto retinuit. Ipse Augustus in ejus postea locum factus est Quirino, et Valgio Consulibus, ut nos, praeeuntibus Fastis Praenestinis, contra communem Chronologorum opinionem probavimus in lib. n. de Vulgaris Ærae Emendatione pag. 55.

M. ANTONIVS

Capita M. Antonii, et Cleopatrae jugata sine epigraphe.
ΔΑΜΑΣΚΗ
ΝΩΝ Mulier turrita scopulo insidens, d. brachio extento spicas, sin. cornucopiae gerit: pro pedibus Fluvius natans. Ær. 2.

Nummus a vetustate male habitus.

Vni etiam Cleopatrae ab hac ipsa Vrbe editum nummum vide in Serie Regum.

Capita jugata M. Antonii, et Cleopatrae utraque cum corona sub Bacchi, et Ariannae forma, sine epigraphe.
ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ L Α Anno XXX. Mulier turrita, et stolata, d. parvum trophaeum, laeva cornucopiae. Ær. 2. Tab. XIII. n. 6.

Annus iste nunc primum innotescit. Hinc ex hoc praestantissimo nummo dirimitur plane omnis controversia de notis ΓΚ, quae in alio fere simili Tripolitarum nummo continentur: in iis nempe non Caesarianam quidem, sed Pompejanam Epocham agnoscendam esse, ut merito Vaillantius contra Harduinum animadverterat. In hypothesi enim Harduini M. Antonius, quem ex certissimis historiae, lapidumque monumentis constat ab Augusto superatum, mortem sibi conscivisse anno V. C. Varr. DCCXXIIII, non modo superstes adhuc fuisset ad quadriennium, ex nummo Vaillantii; verum etiam ultra decennium ex nostro, quem vide fusius illustratum in lib. n. de Epochis. Hunc ipsum ex Mus. n. affert Cl. Sestin. descript. N. V. p. 536.

Caput M. Antonii cum leonis exuviis ad humeros, et clava in sinistro, absque inscriptione.
L Α ΡΩΜΗΣ Prora navis. Dupl. Ær. 2.

Praemittit hunc Cl. Zoega suis Aegyptiis, nec dissentit Eckhel. D. N. Vet. Sed dubitat Sestinius, qui ex alio simili

M. Antonii judicat utrumque Syriae potius esse assignandum. Vide Epist. Tom. VIII. pag. 132. ubi nummum sic describit: Caput imberbe galeat. In aversa vero, LA. Acrostol. Ær. 3.

M. ANTONIVS IMP. COS. DESIG. ITER. ET. TERT. Caput M. Antonii corona ex margaritis contexta redimitum, desinensque superne in una ex majoribus unionibus, taeniis retro dependentibus: infra collum lituus. Omnia intra coronam hederaceam.

III VIR R. P. C. Cista Bacchi inter duos angues assurgentes. Supra cistam caput Cleopatrae clare ex lineamentis ipsius propriis conspicuum. Arg. m. m. Tab. XXXIX. fig. 56.

Differt iste eximius tetradrachmalis nummus argenteus integerr. a caeteris hactenus editis. In simili Eckhelius Tom. VI. D. N. V. p. 64 agnovit caput Antonii hedera redimitum. In altero tetradrachmo, in quo conspiciuntur capita jugata Antonii, et Cleopatrae, in aversa vero Bacchus muliebri habitu stolatus stat supra cistam medius inter duos serpentes, idem Eckhelius caput Antonii pariter hedera redimitum refert cit. loco; in simili autem Vaillantius in Hist. Ptolemaeorum Ægypti pag. 190 caput idem Antonii laureatum censuit cum taeniis dependentibus. Caeteri M. Antonii nummi, qui magno numero, et ab Eckhelio describuntur, et a Vaillantio cit. locis, nullam ejus capiti coronam adiectam referunt. Simile propterea capitis ornamentum, ut in nostro nondum in Antonio inspectum, si recte tamen ab utroque praestantissimo viro recitata superius tetradrachma descripta fuerunt. Ex notis COS. DESIG. ITER. ET. TERT. nihil certi inferre licet ad annum definiendum, quo recitata argentea numismata percussa fuerint, nisi quod praecedere nequeunt A. V. C. Varr. DCCXV, vel supremum tempus anni praecedentis, quo inita pace cum Sex. Pompejo a C. Caesare Divi fil., et Antonio, iisque Romam reversis

Consules in annos VIII designati fuerunt, et Antonius quidem in A. V. C. DCCXX, et DCCXXIII. Hinc memorata numismata arg. praecedere debuisse manifestum est A. V. C. DCCXX, quoniam hoc anno revera Consul processit Antonius II ipsis Kal. Januariis. Vide lib. n. de Vulgaris Ærae Emend.

.... COS. DESIG. ITER...... Capita se respicientia M. Antonii, et Cleopatrae utraque nuda.

Navis Praetoria expanso velo, ac superne hinc inde Dioscurorum pilei cum astris, sub navi lit. B.. Ær. 1.

Ob nummi crassitiem vix dimidiatae literae signatae apparent, eaeque vitiatae. Ad M. Oppium tamen, vel ad Atratinum Praefectos Classis Antonii referendus ob similitudinem, et lit. B sub navi. In adversa parte nexu scribitur vox ITER.

IMP. AVGVSTVS DIVI F.

.. AICAP CЄB Figura militaris stans, d. hastam, s. parazonium.

AMΦI... AITΩN inverse scriptum. Diana tauro vecta utraque manu velum supra caput sinuatum retinet. Ær. 2.

ΘΕΟΣ ΚΑΙΣΑΡ... ΒΑΣΤΟΣ Caput Divi Augusti sine laurea.

AMΦIΠOΛITѠN. Typus, ut in superiori. Ær. 2.

Ex his duobus patet apud Amphipolim jam Augusti aetate in usu fuisse literas sinuatas C, et Є, eoque vix consecrato etiam ѡ parvum, cujus literae exemplum nullum invenio apud Cl. Sestin. qui plures ex hujusmodi numinis describit in lib. Descript. N. Vet. pag. 88, et seqq., nisi ab aetate Trajani. Nullum jam superest dubium, quod isti cum caeteris hactenus editis Amphipoli Macedoniae sint adscribendi, secus ac Vaillantio, Spanhemio, aliisque visum fuerat, eo quod multi ibidem reperiantur, Diana insuper in

pluribus pharetram gestare conspiciatur; denique quod in ea Vrbe celebre templum Dianae Tauropolae extaret, teste Diodoro Siculo lib. XVIII.

ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ ΑΡΧΙΕΡΕΙ *Caesari Augusto Pontifici*. Caput Augusti laureat.

ΑΡΧΙΕΡΑΤΙΚΟΝ ΑΝΤΙΟΧΕΙΣ ΖΚ. *Pontificiam coronam Antiocheni* Anno XXVII. Duplex Ær. 2. Tab. XXXVI n. 2.

Alius similis, sed ΗΚ - Anno XXVIII. Ær. 2. Tab. eadem n. 3.

Alii duo similes, sed ΘΚ - Anno XXIX. Ær. 2. Eadem Tab. n. 4.

Alii duo , sed Λ - Anno XXX. Ær. 2. Eadem Tab. n. 5.

Alius, sed sine epocha ita insculptus. Ær. 3. Unicus, qui hactenus mihi innotescat.

Harduinus de Num. Popul., et Vrb. pag. 50., et Patinus pag. 48. in his nummis mentionem fieri putant de Pontificatu, primoque Sacerdotio, quod Antiocheni populi suffragiis Augusto delatum fuerit, et ab eo acceptum. Vaillantius eosdem de Pontificatu max. Augusti interpretatur. Norisius de Epoch. Syrom. Dissert. III p. 259, et seqq. Vaillantii opinionem ita adoptat, ut ab altera quoque minime alienum se ostendat. Ipse equidem ad primam lubentius deferor. Nunquam enim memoratum invenio Pontificatum maximum Augusti tam in graecis, quam in latinis monumentis, quin adjiciatur vox ΜΕΓΙΣΤΟΣ, vel latine MAX. Ita in duobus illis, quae refert ibidem Norisius, ita in nummis passim ejusdem Aug. in Fastis Consularibus Romanis, in Kalendario Praenestino, ita denique, ut de caeteris sileam in nummis Jul. Caesaris Dictat., et M. Lepidi, qui Augusto locum fecit. Quis porro sibi suaderi sinat, si nummos edidissent Antiocheni ea peculiari de causa, ut de ejus Pontificatu maximo accepto gratularentur, eique ob id Pon-

tificiam coronam offerrent, quod proprias, consecratasque ejus dignitatis exprimendae voces, et phrasim adhibere non curassent, quae nunquam, ut diximus omitti solebant, praesertim id minime vetante spatio, quod in nummis supererat, ut in iisdem videre est? Accedit Augustum Pontificatum maximum suscepisse, ut paulo ante sub Lepido adnotatum est, haud equidem ex communi, quae olim ferebatur sententia Ti. Claudio Nerone, et P. Quinctilio Varo Cos, qui sunt indices anni V. C. Varr. DCCXLI, sed ex Verrii Flacci veteri Kalendario, ejusque Fastisque Praenestinis anno insequenti Quirinio, et Valgio Cos. prid. Non. Martii, anno scilicet V. C. Varr. DCCXLII. In hypothesi porro, in qua versamur de nummis ab Antiochia Vrbe vulgatis pro Pontificatu max. Augusti, notis chronologicis, quae in iisdem nummis adjiciuntur, nulla alia epocha aptari potest, quam quae Actiaca nominari solet, duciturque ab autumno An. V. C. Varr. DCCXXIII. Annus itaque primus ΕΚ. ΧΧV, qui ab aliquibus Numismaticis in iisdem nummis descriptus citari solet, coepisset autumno An. V. C. Varr. DCCXLVII, exiisset revertente autumno insequentis anni. Hoc posito consequens esset nonnisi labente jam sexennio, ex quo primum Augustus Pontifex maximus factus fuerat de ejus electione Antiochenos gratulationis officia praestitisse, nec nisi tam sero de corona Pontificia eidem offerenda primum cogitasse, cum nemo nesciat nihil antiquius habuisse Graecas Vrbes, quam ut hujusmodi partes, primo quoque tempore exequerentur. Ex his porro quid jure inferre oporteat Eruditus Lector facile perspicit.

De notis hujusmodi numismatum quatuor tantum mihi certo innotescunt, nempe ΖΚ, ΗΚ, ΘΚ, et Λ, quas propterea ex meis rivulis delineatas exhibendas curavi Tab. XXXVI n. 2, et seqq. Quae ab aliis afferuntur, et ab Eckhelio quoque in Sylloge, ubi de Num. Antiochiae Syriae agitur, sunt ΕΚ, ϚΚ, ΑΛ. Ipse tamen Cl. Vir nullum ex hu-

jusmodi nummis in testem producere potuit ex Museo Caesareo, nec ipse inter tantos, quos vidi, aliquem cum hisce notis unquam inveni. In nummo Vaillantii ex Museo Regio Galliae cum not. EK, Harduinus legendum sibi videbatur ΣK, dubia itaque lectio, ac forte substituendum ZK. De reliquis duabus alii viderint. Simplex nomen ΑΡΧΙΕΡΕVΣ apud Antiochenos proprie designabat eorum Principem Sacerdotum, atque ut optime animadvertit Norisius, Alytarchae, qui apud ipsos in locum Principum Sacerdotum posteriori aetate successerunt, per quadriennium eo munere fungebantur. Quod mirifice consentit cum quatuor notis, quae ex meo, et ex nobilioribus Cimeliis constant, quaeque apprime conveniunt primario Antiochenorum sacerdotio ab Augusto gesto, de quo hactenus egimus.

ΚΑΙ.... ΒΑΣΤΟV Caput Augusti laureatum.

S C in laurea. Ær. 2. Tab. XIII n. 7.

Vaillantius in Othone de Colon., Eckhel. Syll., Sestin. Epist. Numism. T. IV p. 27 putant hosce nummos cum S C ab Augusto ad Nervam epigraphen latinam referre ex parte capitis, deinceps vero graecam. Patet ex hoc nostro in arte numismatica non tam facile canones statui posse; rem enim aliter se habere demonstrat hic nummus. Peller. Suppl. T. II Suppl. IV pag. 1 refert nummum Aug. cum S C, et epigraphe latina, quem cum aliis pluribus in Insula Cypro inventum, signatumque existimat. Sed hunc, caeterosque latinos ex similitudine cum facie Augusti in Archieraticis, eademque nummi crassitiae, et fabrica, ad Antiochiam Syriae revocandos, restituendosque arbitror.

IMP. AVGVST. TR POT Caput Augusti laureatum.

S C in laurea. Ær. 2.

Alius, sed Ær. 3.

In superiori graeco jam diximus hosce omnes nummos ad Antiochiam potius Syriae, quam ad Insulam Cypri referendos esse. Idque ex instituta comparatione cum caeteris.

ejusdem Vrbis nummis Augusti jure me inferre posse censeo.

Caput Augusti nudum sine epigraphe.

ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ L ΓΠΣ Anno 283 Mulier turrita rupibus insidens, d. extensa, s. cornucopiae, ad pedes fluvii natantis typus. Ær. 3. Tab. XIII n. 8.

Nota epocham inverse scriptam hoc pacto ΠΓΙ
Σ

Alius similis. Ær. 3.

De hujusmodi notis, quae nunc primum innotescunt, et de Æra Damascenorum, vide in lib. n., in quo ex instituto de Epochis, sive de Numm. Imp. cum notis chronolog. hactenus editis agimus.

ΚΑΙΣΑΡ .... Caput Augusti laureat.

ΕΔΕΣ
ΣΑΙΩΝ In laurea. Edessa Macedoniae. Ær. 2.

Merito Vaillantium arguit Eckhelius Doctrin. Num. pag. 71 T. II, quod hunc, aliosque similes nummos Edessae Syriae adscribat, cum Macedoniae sint tribuendi. Illa enim Mesopotamiae habuit Reges Abgaros usque ad Caracallam, a quo Colonia facta fuit.

.... ΑΣΤΟΣ Caput Augusti laureatum,

ΕΡΥ
ΕΚΑΤΩΝΥ
ΜΟΣ
ΑΙΣΧΡΙΩ In area nummi.
ΝΟΣ

Erythrae Joniae. In alio autonomo ex Mus. Caes. apud Eckhel. T. II D. N. V. pag. 323 legitur ΕΡΥ ΓΝΩΤΟΣ ΕΚΑΤΩΝΙΜΟΥ. Ex utroque igitur merito inferre licet Gnotum Ecatonimi filium, Eschrionis nepotem circa eadem Augusti tempora magistratu functum esse, et nummum suprascriptum, editum fuisse; quo tempore apud Erythras adhuc

quadratae literae Ε, et Σ in usu habebantur. Similem huic nostro primus edidit Pellerinius Mel. II p. 4.

Caput Augusti sine epigraphe,

ΓΡΑΜ
ΜΑΤΕ ΥΣ
.. ΡΙΣΤ ΕΑΣ
Ε ΦΕ
ΑΣΚ ΑΗ ΠΙ
ΑΔΗΣ Cervus erecta fronte, cornibusque. Ær. min.

Similem habet Haymius Parte II, p. 218, et Tab. XXV n. 12. Ex eo supplentur in nostro binae primae literae in tertia linea, in qua legendum ΑΡΙΣΤΕΑΣ; vicissim vero emendanda, supplendaque ex nostro utriusque magistratus nomina in eo Haymii. Legebat enim ΑΡΙΣΣΑΣ in primo, alterum vero pene deletum cernitur. Ephesus Joniae.

Caput Augusti laureat.

.. ΡΑΜΜΑΤΕ-
ΥΣ ΜΕΔΕΝΩΝ
Ε ΦΕ
ΚΟΛΛΟΣ Cervus erecta fronte. Ær. 3.

Capita jugata Aug., et Liviae.

ΡΑΜΜΑΤΕ...
ΑΡΙΣΤΙΩ..
Ε ΦΕ
ΚΑΙΤΩΝ Cervus erectus. Ær. 3.
Ex Scedis meis.

Nomina in his magistratuum ab editis diversa.

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒ...., Caput Augusti laureat.
ΘΕΣΣΑΛΟ
ΝΙΚΕΩΝ in laurea. Ær. 3.

Alius, sed caput Augusti sine laurea. Ær. 3.

Thessalonica Vrbs illustris, et caput Macedoniae II, antea dicta Therma, nummos singulis fere Imperatoribus,

eorumque familiae dicavit, quorum aliquos singulares, ut Tiberii filii Drusi, aliorumque vide infra suis locis.

ΚΑΙΣΑΡΟΣ Ara, in qua L KH.

ΣΕΒΑΣΤΟΥ in medio coronae. Ær. min. Tab. XIII. n. 9.

Dubitari nequit quin nummulus iste una cum caeteris, qui sequuntur, quique omnes imagine carent, in Judaea percussi fuerint. Oportet autem eosdem editos fuisse post Herodis M. obitum. Nam ab illo, dum regnum tenuit, Vrbes quidem in honorem Augusti conditas fuisse constat, non autem publicam monetam percussam. Quo posito insignis evadit parvulus hic nummus. Nam cum ejus epocha sit Augustana ab anno V. C. Varr. DCCXXIII, et a mense Nisan ducenda, sequitur notas KH coepisse mense Nisan anni V. C. Varr. DCCL, ideoque obitum Herodis eodem anno posteriorem non fuisse. Ex quibus mirifice confirmantur, quae a me fuse demonstrata sunt in lib. de Vulg. Ærae Emendat. de anno emortuali Herodis M. Judaeae Regis, et de vitio, quo minime caret exordium Epochae Dionysianae, qua utimur.

ΚΑΙCΑΡΟC Spica.

L ΛΓ Ann. XXXIII Palma arbor. Duplex.

L ΛΘ An. XXXIX Palma. Duplex.

L M An. XL. Palma, ut supra.

L MA An. XLI Palma. Duplex: omnes Ær. min.

Postremus annus MA respondet An. V. C. Varr. DCCLXIV ex Nisan praecedentis anni, quadriennio integro ante obitum Augusti. Eckhelius Doctrin. Num. T. III pag. 497, itemque Sestinius in schedis Mus. Ainsel. habent praeterea in similibus nummulis annos:

L Λ anno XXX Eckhel. Editus quoque iste uno saltem anno ante Æram vulgarem.

L ΛΔ anno XXXIV Sestin.

L ΛЄ anno XXXV Eckhel.

L ΛϚ anno XXXVI Sestin. Palma in omnibus.

ΚΑΙ
CΑΡ In laurea.

CΕΒΑCΤΟC Navis. Ær. min.

ΚΑΙCΑΡ Cornucopiae cum frugibus.

Ara epigraphe deleta. Ær. min.

CΕΒΑCΤΟΥ In medio areae lauri ramus, ut videtur.

Capricornus cum flore, vel sceptro transversim posito. Ær. min.

Postremi hi tres nummi incertis Vrbibus adscribi solent. Vide Eckhel. D. N. T. VI. p. 131. Adverte tamen in meis lit. C, ut in Judaicis exaratam.

ΟΥΗΙΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ Caput Augusti sine laurea.

ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΡΑΣΙΟΥ Caput Jovis laureatum. Ær. 3. Tab. XIII. n. 10.

De Ovidio falso a pluribus accipiebatur nummus, et inscriptio. Recte ab Eckhel. lectus, ut in hoc nostro, Num. Vet. p. 177. *P. Veidius P. F. Pollio* memoratur etiam in Lapide apud Grut. p. CCXXIV aetate Augusti posito, diciturque a Plinio ex amicis Divi Augusti. Caesarea, de qua mentio in nummo, erat Vrbs Bithyniae ex Eckhelii sententia Doctr. Num. T. II pag. 409, et III pag. 124; ex ea vero Sestinii Lydiae, ut ille pluribus exemplis statuere nititur Epist. Numismat. Tom. IV, pag. 59, et seq. Rursus Descript. Vet. Num. p. 247. Sed immerito ibidem in dubium revocat praenomen ΟΥΗΙΔΙΟΣ, quod in nostro clarissime legitur.

ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΓΥΣΤΟΣ retrograde scriptum nomen Augusti. Caput ejusdem sine laurea.

ΚΥΔΩΝΙΑΤΑΝ Lupa puerulum lactans. Ær. 3.

Editus a Vaillantio, sed omissa de more capitis epigraphe, in qua notandum Augusti nomen scriptum cum sola V pro ΟΥ, ut in Ciceronis nummo scribitur ΤΥΑΑ. a Magnetibus, item in nummo ΤΗΜЄΝΟΘΥΡЄΩΝ apud Seguinum: ЄΠΙ Μ ΤΥΑΑΙ, et in aliis. Cydonia inter clarissimas Cretae Vrbes una, in ora maris septemtrionali jacens. Quem la-

ctat lupa in aversa parte, Pausaniae est Cydon Minois filiae, et Mercurii filius; juxta Antoninum Liberalem Miletus Apolline, et suprascripta Minois filia natus.

Caput Augusti nudum sine epigraphe.

K V

I I Cyzicenorum in Mysia. Taeda accensa in medio laureae. Ær. min.

Nota lit. I pro Z. Non uno modo in aliis nummis scribitur. Modo enim Z, modo inverse Σ. Vide nummos Seleuciae Pieriae in Trajano, et Aradiorum in Elagabalo, in quibus epocha sic effertur ΣΟΣ. Sic in argenteo Neronis Antiochenorum, in Ægyptiis Vespasiani etc. Taeda ad nocturna Proserpinae sacra videtur referenda; ΚΟΡΗΝ enim ΣΩΤΕΙΡΑΝ maximo cultu prosequebantur Cyziceni.

IMP. CAESAR DIVI F. Caput Caesaris Divi filii nudum, et juvenile.

..... AVTIVS PROCOS Templum Veneris Paphiae. Ær. min.

Alius, in quo tantum CAESAR DIVI F. Caetera, ut supra.

Supple, ut in simili apud Morell. A. PLAVTIVS. Editus videtur ante quam Caesar An. V. C. Varr. DCCXXVII Augustus appellatus fuisset; ob templum vero Veneris Paphiae ad Insulam Cypri referendus. Inter consules suffectos A. Plautius recenseri debet, de quo tamen nulla in fastis hactenus editis mentio.

IMP. CAES. DIVI F. AVGVSTVS Caput juvenile Aug. sine laurea.

S. PROCOS... Juppiter ex adverso stans, d. pateram, s. aquilam gerit. Ær. min.

Ad Cyrenaicam spectat, et ad S. Catonem Procos. ut in aliis Cyrenaicae nummis legitur. Typus Jovis peculiaris, cujus tamen exemplum vide in aureo Pellerinii Pop. T. III Tab. LXXXVI n. 5.

Vrbis Coensium nummis jam editis, merito hic subiiciendus mole, et integritate spectabilis ex Mus. ornatiss. Equit. Rushout ex proceribus Northvvich, qui sequitur:

Caput Augusti sine laurea.

ΚΩΙΩΝ ΚΑΛΛΙΠΠΙΔΗΣ Caput Jovis laureat. Ær. 1.

Magistratus iste caeteris addendus.

Caput Augusti laureat. sine epigraphe.

ΜΑΛ

ΛΩ Mulier turrita scopulo insidens, ad pedes duplex

ΤΩΝ fluvius natans brachiis extensis. Ær. 2. Tab. XIII. n. 11.

Mallus Ciliciae Vrbs memoratur Ptolemaeo, Straboni, Stephano, caeterisque passim Geographis. Edito in loco, et quam proxima Pyramo inter Ciliciae fluvios imprimis nobili sita describitur. Ex aversae partis typo, quo duo illa flumina inferioribus corporis partibus inter se nexa videntur, conjicere fas est Pyramum, cum ad Vrbem Mallum accederet in duas partes divisum duplicem alveum effecisse, quique utrimque Vrbem allueret, ac deinceps in mare Cilicium se exoneraret. Typus idem aversae partis describitur in Catalogo Theupol. videndus in nummo autonomo hujus ipsius Vrbis cum capite Jovis in anteriori parte. Scylac. in Peripl., et Q. Curtius lib. III cap. XI testantur Alexandrum magnum ex Vrbe Solensi, quae deinceps Pompejopolis dicta, Pyramo amne ponte juncto, ad Vrbem Mallum pervenisse. De Pyramo itaque fluvio Vrbem hanc alluente constat. Fieri autem poterat, ut idem flumen prope Mallum in binos alveos sectum duplex aliud nomen inde acciperet. Quod innuere videntur initiales literae in area nummi Theupolitani Musei adjectae, quem supra innuimus; sunt autem hujusmodi AB CO. Exempla de triplici etiam flumine habes in nummis Nicopoleos sacrae apud Arigon. T. I. Imp. Tab. XII n. 187. Nummus hic noster secundus est cum Imperatoris imagine, qui hactenus inno-

tescat hujus Vrbis. Alterum enim Antonini Pii vulgavit Pellerinius Mel. II pag. 81 cum typo Veneris stantis in aversa parte. Noster autem quamquam anepigraphus in anteriori parte, tamen minime dubitare sinit ex vultus lineamentis, quin ad Augustum sit referendus. Ejus autem ope modo certa ratione suppletur nummus apud Haymum, quem refert Parte altera pag. 276, et Tab. XXXIII n. 9. Nam in eo cum capite Sabinae Aug. ejusque epigraphe, in aversa parte exhibetur Genius turritus sedens, natante ad rupem fluvio. Quod detritus nummus in area, quae anteriorem Genii partem respiciebat, exprimi non potuit ab Haymo altera fluvii imago; quod praeterea primae literae, quae Vrbem designabant, pene evanuissent in causa fuerunt, ut ipse, ejusque interpres ejus nomen non sint assecuti. Neque enim cum Haymo legendum ΦΑΝΩΤΩΝ contra omnes grammaticae leges, ut recte animadvertebat ejus Commentator Khellius; multo vero minus interpretandae cum Khellio ipso superstites eae literae de *Flavio Julio Lotone*, quae interpretatio per se absona, tum vero repudianda, vel ex eo, quod Vrbis nomen quodcunque in nummo expressum excludat. Supple igitur ΜΑΛΛΩΤΩΝ. Secunda enim litera in eo est Λ addita lineola, tertia est Λ, quinque vero reliquae ΛΩΤΩΝ per se Vrbem hanc nostram clare satis designant. Recte se habet, quod laudatus Khellius ibidem notat; fluviorum nempe symbola in nummis Graeciae proprie dictae decumbentia, atque in urceum reclinata repraesentari; ita in nummis Smyrnaeorum, Corinthiorum etc. contra vero natantes figuras Syriae Vrbibus, earumque conterminis familiaria esse. Cilicia campestris, in qua Mallus, erat Syriae finitima; hinc fluvius in binos sectus, vel duo flumina natantia in ejus nummis, ut in iis Sebastes pariter Ciliciae, aliisque occurrit. Tertius itaque hic nummus ex Imperialium numero ab Vrbe Mallo Sabinae Aug. dicatus. De ejus origine, de Amphilocho Heroe, et Crates Grammatici lau-

dibus, de beneficiis, quae in eam contulit Alexander M. quod essent ejus incolae Argivorum Coloni, videndi Arrianus de exped. Alexandri, Strabo, Cicero, pluresque alii. Cl. Eckhelius Doctr. Num. T. III pag. 59 unicum Pellerinii nummum suo Catalogo intexere potuit, quem merito summae raritatis notis commendat. Non minus ergo laudandus noster, qui cum altero Haymi ejus Catalogo addendus. Vide etiam Sestinium Descript. N. V. p. 406, qui hunc ipsum nostrum erudite illustrat.

ΑΥΓΟΥϹΤΟϹ ΚΤΙϹΤΗϹ *Augustus Conditor*. Caput Augusti laureatum.

ΝЄΙΚΟ... ΛЄѠϹ Vir habitu sacerdotali stans capite tecto, dex. facem oblongam, sin. situlam, sive vas aquae lustralis gerit. Ær. 3. Tab. XIII. n. 12.

Typus iste peculiaris nondum editus, quod sciam. Ad institutionem ludorum referendus videtur, qui quolibet quinquennio summa religione celebrabantur in memoriam victoriae, quam Augustus de Antonio, et Cleopatra reportaverat; nisi mavis ad caeremonias referre, quibus ea Vrbs condita fuerat ab eodem Augusto.

ΚΤΙΣΜΑ ΣΕΒΑΣΤΟΥ Caput Augusti in primo aetatis flore sine laurea.

ΙΕΡΑ ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ Victoria stans, s. demissa, d. corollam gerit. Ær. 3.

In hujusmodi nummis frequentius occurrit vox ΚΤΙϹΤΗϹ, quam haec altera ΚΤΙϹΜΑ. Habes tamen exempla apud Arigonium T. I. Num. Imp. Tab. I. n. 7, in quo ipse Augustus cum chlamyde ad humeros sedens, d. hastam, s. victoriolam gerit, item apud Eckhelium de Doctr. Num. Tom. II pag. 166 cum victoriae typo, ut in nostro. Vide etiam alterum paulo inferius, ubi de nummo M. Marcelli agitur. Item Sebastenorum Ciliciae ipsius Augusti. Apud veteres Scriptores etiam haec vox saepe usurpatur, ut apud Strabonem lib. XIV, ubi dicitur Mallus Vrbs Amphilochi,

et Mopsi κτίσμα, et lib. IX Heraclea vocatur Λακεδαιμονίων κτίσμα; eodem lib. XIV Soli, quae postea Pompejopolis: *Achivorum*, *et Rhodiorum* κτίσμα. Etiam apud Stephanum similia exempla occurrunt, ut de Beryto, quam appellat κτίσμα Κρόνυ *Opus Saturni*; immo, et apud Homerum Iliad 2 lego Κτίσμα δ' ἐςὶν φασὶ τῦ Περσέως. Notanda in his facies Augusti juvenilis, et literae adhuc quadratae formae, qui propterea caeteris aetate anteponendi, in quibus literae sunt lunatae formae, et facies Augusti virilis, ut in superiori.

Caput Augusti laureatum sine epigraphe.

ΣΑΜΙΩΝ Pavo caduceo insistens cum sceptro ad s. Ær. 3.

Pavonem apud Samios in nummis insculpi consuevisse auctores sunt Jul. Pollux, et Athenaeus. Ex autonomis binos describit Eckhelius de Doctr. Num., ut et alterum huic nostro similem. Sed Arigonius hunc ipsum exhibet cum gladio loco sceptri. Vide etiam infra in Livia. De Junone Samia, ejusque templo consule Herodotum, atque ex recentioribus Spanhemium, de Wilde etc.

ΚΤΙϹΤΗϹ ϹΕΒΑϹΤΟϹ Caput nudum Augusti.

. . ϵΒΑCΤ . . . . Ν . . . Navis velo explicato. Ær. 2.

Ad Sebasten spectare dicendus est hic nummus, quae fuerit maritima ob typum aversae partis; quaeque aliqua ratione Augustum tanquam Conditorem suum agnoverit. Triplex ex nummis Sebaste hactenus innotescit. Vna Phrygiae, vel potius Galatiae, ut docet Eckhel. D. N. T. III p. 179; altera Samaritidos; tertia denique Ciliciae Tracheae. Prima, et secunda Sebaste longe aberant a mari, iisque propterea convenire nequit nummus iste, eademque de causa nec Ancyrae Galatiae Metropoli, etiamsi Pellerinii sententiam adoptare velimus, qui nummos omnes inscriptos ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ ΤΕΚΤΟΣΑΓΩΝ, vel etiam ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ addito ΚΟΙΝΟΝ ΓΑΛΑΤΩΝ uni huic Vrbi adscribendos censet, contradicente tamen Eckhelio p. 179 cit. superius libri. Su-

perest ergo una Ciliciae asperae, Insula Sebaste, primum Elaeusa dicta, quae id nomen in honorem Augusti accepit ab Archelao Conditore, postquam illa in ejus potestatem venerat donante Augusto. Neque obstat, quod a Strabone Archelaus Rex ejus Conditor, non autem Augustus nominetur. Nam, ut dicemus in nummo Imp. Aurel. Commodi, in quo antiquum Elaeusae nomen inscriptum legitur, Strabo ipse utitur verbo σῦνέκτισεν, quasi non ab uno Archelao, sed etiam ab Augusto condita fuisset. Sive ergo Augustus revera eidem condendae, atque ornandae non parum contulerit, sive eam beneficiis affecerit, sive denique id assentationis causa factum fuerit, quod ejus donum extitisset, non improprie eumdem etiam Conditorem appellari potuisse quisque facile mecum consenserit. Neque sane exempla desunt, in Trajano praesertim, aliquot Vrbium, quae sese conditas ab Imperatoribus inscribere non dubitarunt, quamquam beneficio aliquo tantum ab iis ornatae fuissent. Mirum videri potest, quod Archelao Regi jam concessa ea Insula, et Vrbe, nummus signari potuerit. Sed de voce CEBACT dubitari nequit, ac praeterea exempla habemus aliorum Regum, ut Polemonis, Rhaemetalces, Sauromatis, Philippi denique, qui obsequii ergo in sua pecunia Augusti imaginem signandam curarunt, a quo Regno donati fuerant, vel provinciis, atque Vrbibus aucti.

Caput Augusti sine epigraphe.

ΣΙΔΩΝΟ.. L BK.. Supple BKP Anno 122. Europa tauro vecta. Ær.3.

Alius, sed ΣΙΔΩΝΙΩΝ. L ΓΚΡ. Anno 123. Ær. 2.

De his vide in lib. n. de Epoch. in num. Imp.

ΣΜΥΡΝΑΙΟΙ ΣΕΒΑΣΤΩΙ Capita jugata Augusti, et Liviae ad. d. respiciunt.

ΛΕΟΝΤΙΣΚΟΣ ΙΠΠΟΜΕΔΟΝΤΟΣ *Leontiscus Ippomedontis fil.* Figura muliebris stolata stans cum tutulo in capite, d. scipionem oblongum, sin. columellae inni-

xa victoriolam sibi coronam exhibentem sustinet. In area columba. Dupl. Ær. 3.

Recte monet Eckhelius D. N. V. T. II. pag. 256, in hisce nummulis legendum in adversa parte ΣΕΒΑΣΤΩΙ, ut in eo Mus. Principis de Waldek mihi, dum viveret amicitia conjuncti, ut pariter legitur in hisce meis, in uno praesertim, non autem ΣΕΒΑΣΤΟΙΣ, ut aliis visum fuerat, quae lectio repudianda. Caeterum quem Cl. Vir ibidem statuit canonem de Livia: *eandem nempe vivo marito* ΣΕΒΑΣΤΗΣ *titulo decoratam non fuisse*, idque saltem conjunctim cum Augusto, destruit meus Alabandensium nummus cum utroque capite Augusti, et Liviae se respicientibus, et in aversa parte cum capite Agrippae, ejusque filiis ab Augusto adoptatis, quem vide infra suo loco.

ΣΕΒΑΣΤ.... ΚΤ.... supple ΚΤΙΣΤΗΣ Caput Augusti laureatum.

ΤΗΙΩΝ Bacchus seminudus stans, d. thyrsum cum strophio, s. cantharum, et ad pedes gryphus loco tigris. Ær. 3.

En iterum, et tertio vox ΚΤΙΣΤΗΣ in numm. Augusti.

Λ ΛΙΟVΙ ... ΑΝΘΥΠΑΤΩ Γ *L. Livio Proconsuli tertium*. Caput Augusti juvenili facie, sine laurea.

ΧΑΛΚΙΣ Caput femineum multiplici ordine margaritarum ornatum. Ær. 2. Tab. XIII. n. 13.

Insignis est iste nummus ob nomen Proconsulis L. Livii, qui nunc primum innotescit, tum ob imaginem Chalcidis Asopi filiae, quae Vrbem sui nominis in Euboea Achajae condidisse fertur. Quod ad Chalcidem Euboeae, non ad eam Syriae spectet praeclarum hoc cimelium suadet ipsa Proconsulatus dignitas, quae sub Augusto praesertim, in Achaja quidem locum habuit, non autem in Syria, ad quam Provinciam Rectores Legati nomine ab ipso Augusto mittebantur. Accedit quod Chalcidene Syriae usque ad Vespasiani tempora suis Regibus paruit, ut fuse demonstravit Norisius

de Epoch. Syromaced. Hinc merito Eckhelius Doctr. N. T. II p. 324 Chalcidi Euboeae vindicat nummos Augusti, et Neronis, in quibus cum capite muliebri turrito legitur ΧΑΛΚΙΔΕΩΝ, et ΕΠΙ ΚΑΛ^{V} ΕVΘΥΚΑΙ ΧΑΛ, quos Pellerinius Chalcidi Syriae tribuebat. Sub Vespasiano tantum illi initium habent, in quibus etiam, eo quod Chalcis Syriae peculiari aliquo beneficio ab hoc Imp. affecta fuerit, Flaviae nomine se inscribere coepit, quo semel inscripto, numquam deinceps omisit. Atque hac veluti tessera facile jam erit nummos distinguere, qui Chalcidi Syriae ab iis, qui alteri Euboeae sint adscribendi. Hinc hujus secundae, praeter autonomos, quorum magna copia existit, seriem quoque eorum texere fas est, qui Imperatoribus dicati fuerant. Quatuor eidem jure vindicavit Cl. Eckhelius loco citato, quibus tres adjiciendi ex Museo nostro: hunc Augusti cum Proconsulatu L. Livii, Hadriani alterum, tertium denique Caracallae, de quibus vide suo inferius loco.

Caput femineum, quod in nummo exhibetur ad Asopi filiam referendum nobis videri diximus. Similem imaginem cum margaritarum etiam ordine ad collum, vel ad aures utrimque defluente expressam referunt nummi autonomi apud Arigonium T. I. Pop. et Vrb. Tab. V n. 48, apud Pembrok. Tab. 35, apud Pellerinium denique Pop. III pag. 40 Tab. XCIII n. 18. Pellerinius in suo Venerem agnoscit. In nummo apud Eckhel. cit. libro D. N., et in Num. Vet. pag. 162 legitur ΗΡΑ ΧΑΛΚΙΔΕΩΝ cum typo Junonis rupi insidentis. Vereor tamen an inde sequatur, quod ille ibidem subdit: ex margaritarum luxu in autonomis Pellerinii, alisque similibus Junonem facile agnoscendam esse. Nam in nummo L. Veri figura Junonis est capite nudo, ejusque vestis tantummodo ad pectus margaritis ornata conspicitur. Praeterea quod in nostro nominandi casu scribatur ΧΑΛΚΙΣ, exemplo aliarum Vrbium, in quarum nummis Condi-

tores suos eodem casu inscriptos legimus, haud temere idem judicium de Chalcide hujus nummi ferendum existimo.

De anteriori parte nunc dicere praestat, ex qua L. Livii Proconsulis, qui Augusti tempore Achajam administraverit, nunc primum nomen, et munus innotescit. Quod esset ejusdem Familiae, ac Livia uxor Augusti, et cum ea fortasse sanguine conjunctus, factum putandum, quod id muneris in tertium annum obtinuerit. Cui autem potissimum tempori ejus administratio assignanda sit, incertum manet. Vultus lineamenta Augustum exhibent in primo adolescentiae flore. Achaja Proconsules habuit usque ad initia imperii Tiberii Caesaris ex Tacito, qui Annal. lib. 1. cap. 76. haec habet de Tiberio: *Achajam, et Macedoniam onera deprecantes, levari in praesens proconsulari imperio, tradique Caesari placuit*. Hinc Strabo, qui floruit Tiberii aetate, postremo libro Achajam, et Macedoniam Caesarianis provinciis accenset. Sed mutata sors sub Claudio, qui eam populo restituit. Triumvirûm tempore, pace inita cum Sex. Pompejo, quinquennale ei imperium conceditur in Sardiniam, Siciliam, et Achajam, ex Dione lib. XLVIII. Eo interfecto belli inter Caesarem, et Antonium hae inter caeteras fuerunt causae ex eodem Dione lib. L. Accusabat Antonius Caesarem: *quod provincias cum Lepidi, tum Sexti sibi vindicasset, quae debuerant communia ambobus esse*. Jam ergo ab hoc tempore L. Livium Achajae Proconsulem designari potuisse intelligimus. An fuerit Consul ex suffectorum numero, an extra ordinem missus in provinciam, in obscuro pariter versatur. In Fastis ad ann. V. C. Varr. DCC-XXXIX occurrit mentio M. Livii Drusi Consulis ordinarii, atque ex tabula Colutiana patet fuisse L. filium. Habemus itaque in Livia Gente Lucii praenomen, illudque tulisse hujus Consulis patrem. An vero iste, an alius quispiam primis Augusti imperantis temporibus fuerit Achajae Proconsul designatus, iterum ignorare cogimur. Livius Dru-

sus Liviae Augusti conjugis pater, unus ex proscriptis se ipsum post pugnam in Macedonia vita exuerat ex Dione lib. XVIII. Nimis multa veteris historiae deperierunt, ut vel nomina ipsa Proconsulum Achajae nos lateant, si L. Pisonem excipias, cui P. Clodius Trib. Plebis, postquam rogatione lata Macedoniam Achajae conjunxerat, utramque administrandam dedit, quod in Cicerone ejiciendo consensisset, et hunc modo L. Livium ex nummi nostri fide.

De Chalcide videndus praecipue Strabo, qui initio lib. X non modo Chalcidem vocat Euboeae Metropolim, sed addit Italiam, et Siciliam pleraque a Chalcidensibus posita loca tenere, suoque etiam tempore dignitatis principatum habuisse. In ea Aristoteles diu versatus vitam finivit. Denique ab Atheniensibus ea Vrbs ante bellum Trojanum condita fuit, de qua etiam Homerus mentionem facit Iliad. 2. v. 537. Sestin. hunc ipsum edidit Descript. N. V. p. 228. Sed ab eo in quibusdam dissentire mihi necesse fuit.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΡΟΙΜΗΤΑΛΚΟΥ *Regis Rhoemetalcis* Capita jugata Regis, ejusque uxoris.

Caput Augusti sine laurea. Ær. 2.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΡΟΙΜΗΤΑΛΚΟΥ Caput Rhoemetalcis Regis diadematum.

ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ Caput nudum Augusti, ante quod sympulum. Ær. 3.

De his duobus videndus Patinus, qui Rhoemetalcis officia in Augustum, et vicissim hujus in illum beneficia commemorat. Ex quo etiam intelligimus cur plures ex hujusmodi nummis editi fuerint.

NVMMI INCERTI

ΘΕΟΣ Caput Augusti nudum.

...ΕΓ....

ΑΝΘΥΠ...

...... ΩΡ.... Sella curulis, et ad ejus latus sin. monogramma ΑΡ. Ær. 2.

Idem fere monogramma cernitur in nummo Jul. Caesaris Nicaeensium edito, Bithyniam administrante Vibio Pansa, quem vide supra suo loco. Alia item hujus generis monogrammata cernere est in eadem Nicaeensi moneta, tum in ea Nicomediae. Typus tamen sellae curulis in nummis Cyrenaicae frequens. Ob detritam epigraphen nomen Proconsulis evanuit. Sub Augusto Thorius Flaccus Procos. memoratur in nummo Nicomediensium apud Pellerin. Mel. II pag. 7.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ Caput Augusti nudum.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ inverse scriptum.

ΔΟΜ ΕΝΕΥΣ

ΦΙΛΟΤ....... Τ

...ΥΣ....... Bacchus juvenili facie stolatus stans, d. uvae racemum, s. thyrsum gestat. Ær. 3.

Forte ad Vrbem Nysam Cariae spectat, in cujus moneta ΔΙΟΝΥΣΟΣ non semel nominatur.

NVMMI ALEXANDRINI

sive AEGYPTII

ΘΕΟΥ ΥΙΟΥ Caput Caesaris Divi filii sine laurea, dex. respicit.

ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤ.... Aquila fulmini insistens vers. sin. In area ad dex. lit. M. Ær. 2. Vide illum p. 1.

Agmen ducit Alexandrinae monetae Roman. Imperatorum nummus iste, quem Cl. Vaill. absoluta Lagidarum Historia eidem coronidis loco adjiciendum censuit, eum eximiae singularitatis appellans, ac si ob Ptolemaeorum insigne, Aquilam nempe, imperii Ægyptii forma minime esset immutata. Verum incidit Vir praestantissimus in cimelium

iniuria temporum male habitum, ex quo factum, ut in adversa parte nomen ΘΕΟΥ ΥΙΟΥ non viderit, et in aversa literas Ε quadratas pro lunatis acceperit, ac propterea occasionem praebuerit spectatiss. Viris Zoegae, et Eckhelio plura de eo nummo excitandi dubia, nec immerito, ob notas adjectas, et C lunatum; quae tamen ex nostro integritate praestanti modo plane evanescunt. Vide Eckhelium Doctr. N. V. Tom. IV, pag. 47, et Zoegam pag. 3 in nota prima. Editor Mus. Theupoli similem describit initio Numm. Alexandriae Ægypti pag. 1097, sed in anteriori legit ΑΥΓΟΥCΤ cum C insuper lunato, quo pariter in aversa exhibet vocem ΚΑΙCΑΡΟC: Arigonius denique omissa anteriori parte, in posteriori et ipse nomen ΚΑΙCΑ... scriptum offert cum eodem C lunato.

Emendatis itaque hujusmodi erroribus ex praeclaro hoc nostro numismate, jam inferre licet illud editum fuisse antequam Caesar Divi fil. ex sententia Munat. Planci a Senatu Augustus appellaretur, quod contigit mense Februario A. V. C. DCCXXVII, ut alibi jam a me probatum; insuper asserere fas est, primo quoque tempore, ex quo Aegyptus in potestatem Augusti, Populique Romani redacta fuerat, eidem dicatum fuisse, in signum tantae victoriae, et pacis inde ubique partae.

Exemplum similis lit. quadratae Ε invenies in altero ejusdem Augusti nummo cum templo Martis a me edito jam in Lib. Vulg. Ær. Tab. 2. fig. 10, itemque apud Zoeg. Tab. 1. fig. 5.

Caput Augusti laur. sine epigraphe.

L ΛΘ. Anno XXXIX intra coronam civicam. Ær. 2.

Alius, sed Ær. 3.

Alius, sed Ær. 4.

Omnes isti inter se similes sunt capite laureato, iisdemque vultus lineamentis, ut etiam qui paulo post minimus in simili corona querna inscriptus L M. Hinc sin-

guli, mea quidem sententia, ad Augustum referendi, ut sine dubio suadet primus, licet Cl. Neumann. similem huic 2 formae tribuat Druso Tib. filio, alterum 3 eidem adscribant Froelich., et Eckhel., quem tamen Cl. Zoega testatur esse *corrosum*. Nulla enim insuper probabilis ratio favere potest Druso, qui nondum ad honores promotus, cum editi fuere hujusmodi nummi, qui pertinent ad A. V. C. Varr. DCCLXIII ex die Thoth praecedentis. Excidit autem Cl. Eckhelio D. N. V. Tom. IV. p. 49. notas L ΛΘ referre ad autumnum A. V. C. DCCLX, cum hunc ipsum nummum Alexandrinum agnoscat, ejusque cardinem statuat a Thoth A. V. C. DCCXXIV. pag. 47. Tres isti, Catalogo Zoegae addendi sub Augusto.

Caput Augusti laureatum sine epigraphe.

ΕΥΘΗΝΙΑ Protome ubertatis cum corona ex spicis, quas et in sinu gestat. In imo L M Anno XL. Ær. 2.

Alius, sed in aversa corona, et L M. Ær. min.

Iste est, qui dempto anno L M similis alteri, quem tertio loco supra descripsimus cum notis L ΛΘ.

Caput Augusti laureat. sine epigraphe.

L ΜΑ Ann. XLI Victoria gradiens, d. coronam, s. palmam. Ær. 2.

Caput Augusti laureat. sine epigraphe.

Victoria gradiens, ut supra L ΜΒ Anno XLII. Ær. 2.

Confirmat iste rectam lectionem de anno XLII; litera enim Β clarissime conspicitur, ut omnem adimat suspicionem de anno quolibet alio. Annus iste ΜΒ jungendus cum an. V. C. Varr. DCCLXVI ex Neomenia Thoth praecedentis anni. Initium epochae in hoc, caeterisque omnibus suprascriptis ducendum, ut diximus supra, ex die 29 Augusti A. V. C. Varr. DCCXXIV, quo recepta fuit ab Augusto Ægyptus.

ΣΕΒΑΣ.... Caput Augusti sine laurea.

ΚΑΙΣΑΡ Templum Martis januis apertis, in quo signum militare Ær. 2.

Illustratus in Op. de Vulg. Ærae Emend.

NVMMI COLONIARVM

AVGVST. TR. POT Caput Augusti laureat.

AT CA, In alio AT in corona C·A laurea. Ærei 2.

Hos nummos Pell. Mel. I. pag. 36 putat ad Caesaream Philippi, quae et Paneas dicta est referendos esse, primisque lit. AT exprimi annum CCCXXX, qui ducendus sit ab A. V. C. CDXXI, quo Alexander M. in Syria versabatur, easque Vrbes beneficiis affecit. Sed plura sunt, quae obstant: Caesarea Philippi *Augusta* dicta est post Neronem; sub eo autem assentationis causa Neronias nominata fuerat a juniore Agrippa. Josephus Antiqu. lib. XVIII. cap. III. *Philippus Paneadem apud Jordanis fontes positam construxit, eique Caesareae nomen fecit*. De Herode vero Rege lib. XV. cap. X haec habet: Herodem, postquam Caesar anno regni sui XVIII in Syriam venerat, eumque ad mare comitatus fuerat, pulcherrimum ei templum extruxisse ex candido saxo in Zenodori defuncti terra *prope eum locum, quod Panium appellatur*. Habes ex his Josephi testimoniis Paneadem primo a Philippo Caesaream tantum, non Caesaream *Augustam* appellatam fuisse; secundo Herodem Regem eo in loco non Vrbem aliquam (quod sane innuere non praetermisisset Josephus) quam Caesaream Augustam nominaverit, aedificasse, ut ferunt conjecturae Pellerinii, sed templum tantummodo, cujus Iconographia in nummis etiam Philippi Tetrarchae expressa cernitur. Demum tempore Augusti signabat annos Philippi Tetrarchae, ut in ejus nummis cum imagine Augusti, quorum unum anecdotum et ipse possideo; habent autem graecam epigraphen, eamque Vrbem retinuit Philippus usque in XX annum Tiberii imperantis, quo decessit.

AVGVSTVS Caput Augusti sine laurea.

C·A in corona ex lauro, et navium rostris contexta. Ær. 2.

Alius, in quo AVGVST. TR. POT., et corona laurea, tam capiti Aug., quam in aversa parte. Ær. 3.

Hos quoque nummos ad Caesaream Palaestinae referendos putat Cl. Pell., non autem ad Caesaraugustam Hispaniae Tarraconensis, quae fuit Vaillantii opinio. Revera caeteri omnes Vrbis Hispaniae apud eumdem Vaill. de Colon., aliosque inscribuntur C·CA. Praeterea artificium, quo affabre elaborati sunt hujusmodi nummi complures, Hispanicae Vrbi convenire nequit. Cum itaque sint utrique inter se plane similes, ex eadem officina profecti, singulique e Syria advecti, erunt ad eas Regiones referendi. Quod unum est, de quo haud dubitandum. Cl. Eckhelius de Doctr. Num. T. III pag. 340 a Pellerinii sententia se alienum minime ostendit in adscribendis duobus superioribus nummis cum notis AT Caesareae ad Panium; sed et hos etiam eidem tribuendos contendit. Verum cum, ut dictum est, Philippus in extruenda Vrbe Paneade Anno V. C. Varr. DCCLI *Caesaream* tantum nominaverit, neutrum admitti posse existimo. Vide plura in lib. de Epoch.

L. FVRIO LABEON.. Caput Augusti laureat. v. s.

L. ARRIO II VIR COR Templum sex column., in cujus fronte inscriptum GENT. IVL. Ær. 3.

Ex laurea Augusti in hoc, similibusque editis inferre licet, ante ejus apotheosim extructum fuisse templum cum epigraphe, quae Vaillantio minime perspecta fuit.

AVGVSTVS DIVI F Caput Augusti nudum v. s.

L CASSIO
C NERIO
II VIR in medio laureae. Ær. min.

Colonia incerta.

LACIPPO BAETICAE

... CIPPO. Caput Augusti nudum dex. v. juvenili facie. Mulier stolata sedens, d. nucem pineam, sive strobilum, s. cornucopiae. Ær. 3.

Figura in aversa parte similis ei, quam delineatam exhibet Florezius sub IRIPPO T. 2. Tab. XXX. n. 1. Caetera in hujus nostri consentiunt cum nummo Morelliano inter Imperial. Tab. 38: quod nempe nulla sit in utroque ambitu nummi corona, et lineamenta vultus Augustum offerant, ut de meo ipse quoque nunquam dubitavi. Modo vero accedit ex nostro lit. C praemittenda quatuor Morelliani nummi IPPO, quae inquirendam indicat Vrbem ab IRIPPO diversam, ut et ab Orippo, aliisque etiam e Germania petitis, ut ipsi Morellio, Spanhemio, Velsero etc. visum fuerat. Cum autem de IRIPPO altum sit apud veteres Scriptores silentium, e contra difficile non est in Hispania Vrbem invenire, quae huic nostrae licet mutilae inscriptioni consentiat. Nam a Plinio, Ptolemaeo, et Mela inter Hispaniae Baeticae Oppida memoratur LACIPPO, quae a recentioribus in *Vandalitia*, Incolis *Andaluzia* constituitur, et nunc esse creditur *Obulco*, vel *Porcuna*, sic dicta a celebri, et antiqua Scrofae statua, quae triginta foetus uno partu enixa ferebatur. Est autem Vandalitia, ut notum est, Regio mirae fertilitatis, in qua nihil deest, quod ad usum vitae, et ad delicias pertinere queat: quod egregie exprimitur figura in aversa parte sedente cum cornucopiae, et pinea nuce, in signum, quod Oppidum illud hoc etiam arborum genere, et fructu abundaret. Itaque, ut nihil de Irippi nummis Florezii dicam, hic noster profecto *Lacippo* Baeticae Oppido adscribendus, quo Geographia deinceps numismatica augeatur. Nummus est rudis fabricae, et latinis literis exaratus.

AVGVSTVS DIVI F. PONT. MAX. PATER PATRIAE. Caput laureatum Augusti.

SPARSO ET CAECILIANO II VIR VRB. VIC. OSC. Figura equestris decurrens, d. frameam gerit. Ær. 1.

Duumviri Caeciliani nunc primum mentio occurrit. Vaill., caeterique habent *Sparso*, *et Celere*.

.... GVSTVS PATER Caput Aug. sine laurea v. s.

C I A A
PATRENS Colonus agens boves v. s. Ær. 2.

Cl. Eckhel. D. N. T. II p. 256 scribit ab Aug. ad Claudium valuisse epigraphen COL A A P, deinceps vero auctam fuisse PA, PAT. PATR, PATRAE, et PATRENS. Vides ex hoc nummo jam inde a Conditore Augusto eandem in nummis integre quoque inscribi coepisse PATRENS, quod jam ex alio Vaillantii constabat.

CAESAR Caput C. Caesaris Divi fil. in flore juventae sine laurea.

... Navis Praetoria sine epigraphe. Ær. 1.

Ad Viennam Galliae Narbonensis referendus.

OCTAVIA AVGVSTI SOROR

OKTAOVIA. Caput Octaviae sororis Augusti cum stola ad pectus, et ornatu capitis, qualis in Livia cernitur, sine Augustae titulo.

.. HIΩN, supple THIΩN. Bacchus muliebri habitu stans, d. cantharum, s. thyrsum. Ær. min. Tab. XIII. n. 14.

Meus, postea Musei Vaticani, quo ad anteriorem partem integerrimus, in aversa vero injuria temporum nonnihil detrimenti accepit.

Jure affirmare posse videor hunc primum esse nummum, qui sine ulla dubitatione, atque omni ex parte verum, et expressam Octaviae sororis Aug. imaginem nobis exhibeat. Nam de caeteris omnibus, qui hactenus ab Eru-

ditis Octaviae adscribuntur, si vera tacere nolumus, judicium hoc pronuntiandum est: eos partim in incerto versari, partim pro suspectis habendos, partim denique aliis Feminis esse restituendos. Quod ut pateat pauca quaedam de singulis hic subiiciamus.

Ad primum genus spectant quinque nummi, quos recenset Pellerinius, quorum primus sic se habet ΘΕΣΣΑΛΟ-ΝΙΚΕΩΝ ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ. Caput muliebre, et in aversa parte cum typo Victoriae gradientis M. ANT. AVT. Γ. KAI. AVT. Pop. III. XXIX. Pellerinius quidem in anteriori parte hujus nummi Octaviam Aug. sororem agnoscit, sed in hoc eodem nummo Wildius Cleopatram sibi videre visus est, Lieb. vero pag. 403 incertus haeret; Morellius tandem in Antonio, et Cl. Eckhel. in Catal. Vindob. de Libertatis effigie in eo insculpta ne hilum quidem dubitant. Et merito sane: nam, Plinius testatur lib. IV. cap. V. Thessalonicam *liberae fuisse conditionis*. Ad conjecturam vero Pellerinii refellendam maxime prae caeteris faciunt duo nummi autonomi, qui eandem exhibent plane imaginem, quam praeferunt Pelleriniani nummi, et tamen unus eorum anterior esse nequit Neroniano imperio, alter vero sequiorem etiam olet aetatem. Vide utrumque ex Mus. n. descriptum inter autonomos suo loco.

Alter nummus Pellerinii cum eodem capite femineo habet epigraphen ΑΓΩΝΟΘΕΣΙΑ, et in aversa parte in medio laureae ANT KAI Pop. T. III. pag. 131. In eo, quem ipse possideo plane simili, una vox ΑΓΩΝΟΘΕΣΙΑ desideratur. Vtrum, nec ne hujusmodi nummus ad Thessalonicenses spectet hoc loco non quaeram. Ad rem facit, quod ex similitudine vultus cum praecedentibus Deae Libertatis, idem de hoc, quod de illis ferendum sit judicium. Illum pariter vide inter meos autonomos. Nec aliter sane statuendum de tribus reliquis Peller. nummis, uno quidem Vrbis ΠΕΛΛΑ-ΙΩΝ Mel. II. p. 3, duobus vero in Africa percussis Pop. III

pag. 147, et Tab. CXX. N. 4, et 5, quos omnes Cl. Auctor non alia de causa ad Octaviam Augusti referendos censet, quam ob aliquam ipsorum similitudinem cum iis Thessalonicensium.

Ad secundum genus spectat nummus a cl. Marmora primum editus in Hist. Corcyrae, a Gallando deinde illustratus, denique T. II Mem. des Inscript. recusus. Videnda enim, quae adversus illum disputat Eckhel. Doctr. Num. T. II. pag. 182, sic concludens: *quovis pignore certarem nomina Antonii, et Octaviae addita fuisse ab erudito quodam Falsario*. Vide ergo quam jure in suspicionem vocari possit hujusmodi nummus. Ad hoc idem genus refero numisma argent. m. mod. a Cl. Froelichio vulgatum in Cimel. Vindob. T. I. Tab. IX. n. 20, et in lib., cui titulus *Animad. in quosdam Num. Vet.* pag. 123, quem deinde ediderunt quoque Khell. in Supplem., et Eckhel. in Catal. Vind., a quibus ita describitur.

T. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS IMP. VII. P. M. Caput Tiberii nudum.

DIVVS AVG. IMPER. OCTAVIA. Capita adversa Augusti, cui superne imminet astrum solis, et Octaviae, supra quam lunula.

Sed Cl. Virorum pace multa sunt, quae hujusmodi numisma falsum, confictumque suadent. Quaedam hic innuere sufficiat. Atque imprimis animadverto ob titulos IMP. VII P. M, qui Tiberio adjiciuntur, sequi hunc nummum signari debuisse post VI idus Martii anni V. C. Varr. DCCLXVIII, et ante exitum insequentis anni DCCLXIX, eo nimirum tempore, quo summa adhuc erat auctoritas Liviae Augusti recens defuncti uxoris, et Tiberii matris, quae eidem imperium detulerat, et aequata fere cum eo potestate regebat imperium. Porro frustra requires pecuniam cum capite Liviae, ejusque nomine in Romanis officinis percussam. Quo posito: quis sibi suaderi sinat fieri potuisse, ut Octaviae

tamdiu defunctae, nulloque consanguinitatis vinculo cum Tiberio conjunctae, privataeque matronae memoria ab hoc Principe moneta publica renovaretur, cum vetantibus Romanis legibus eum honorem Romae, neque sub Augusto, neque sub Tiberio Livia ipsa unquam consecuta sit? Quos autem habemus nummos aereos cum capite Deae Salutis, Justitiae, Pietatisque, si ad Liviam referre placeat, de quo tamen nihil certi statuere licet, ii profecto numisma tam insigne argenteum cum Octaviae nomine magis, magisque suspectum efficient. Nam si Liviae tantum concessum, ut sub alicujus Divinitatis symbolo, et nomine in pecunia Romani commatis exprimeretur, quid quaeso de aliis quibuscunque privatis matronis, et de Octavia praesertim dudum jam defuncta, anno scilicet exeunte V. C. Varr. DCCXLIV, ut in lib. nostro de Vulg. Ærae Emend. demonstratum est p. 339, eo tempore evenisse cogitandum erit? Sed praeterea moles ipsa argentei nummi, vox IMPER, quae nunquam ita scribitur in nummis, sed tantummodo IMP, denique quod titulus ille in caeteris Divi Augusti nummis post ejus consecrationem nunquam occurrat, sed aut DIVVS AVGVSTVS PATER, vel DIVVS AVGVSTVS PATER PATRIAE, atque his similia, adulterinam mercem, atque artificis imperitiam detegunt. Ac revera si quis comparationem diligenter instituat hujus nummi, cujus iconismum videsis apud Froelich. in Cimel. Vindob. T. I. Tab. IX. n. 20, cum altero aereo mediae formae in honorem Neronis, et Octaviae primae ejus uxoris ab incerta quadam Colonia percussi, dempto sceptro, quod facile deleri potuit, et utraque epigraphe, quae magna ex parte renovari debuit, caetera inter se ita convenire deprehendes, ut nullum sit ovum ovo similius. Hinc ex illius formis hunc alterum argenteum confictum fuisse jure dubitandum. Cl. Eckhelius de Doctr. Num. T. VI pag. 160, ubi mecum consentit in respuendis caeteris omnibus, qui hactenus editi fuerant sub falso nomine Octa-

viae, quamvis oculatissimus, nimio rerum suarum amore in transversum actus, hunc pro unico, ac genuino illustris hujus feminae numismate agnoscit. Verum singula hactenus allata satis clare ostendunt, quam merito ejus opinio repudianda sit. Modo autem legit in epigraphe capitis DIVVS AVG. IMP. non IMPER. contra fidem nummi a se ipso, a Froelich., et a Khell. vulgati. Sed hoc ipsum ostendit eidem vocem illam non placuisse, meritoque vel hoc unum σφάλμα satis perspicuum doli, et fraudis argumentum illi praebere debuisse.

Restant nummi, quos tertio loco diximus Octaviae falso adscriptos, qui ad alias feminas, virosque certo certius sunt referendi. Tales sunt ille Seguini pag. 95, alter a Spanhemio laudatus Tom. II pag. 276, itemque tertius videndus Tab. III n. 2. Musei Pisani, quos omnes optimo Judice Vaillantio, consentientibus Froelich., et Eckhelio, monilia collo addita, aliaque ornamenta in imagine expressa a Romanis matronis prorsus aliena, ab Octavia Aug. sorore abjudicant, et Cleopatrae restituendos suadent. Tales postremo sunt duo illi ad Sinopem Coloniam spectantes nummi, in quibus caput Augusti nudum cum notis XXXI, vel XXXVI ex una parte; ex altera vero duo capita juvenilia jugata conspiciuntur, addita epigraphe EX DD. Ac de his quidem cum jam in lib. II. de Vulg. Ærae Emend. actum fuerit, uberius vero agatur in altero de Num. Imp. cum notis chronol., demonstratumque sit epocham Caesarianam in iis contineri, et utrumque ad Cajum, et Lucium Augusti fil. pertinere, epocha ipsa docente, non sunt hic denuo repetenda.

Noster itaque hic nummus caeteris omnibus hactenus editis jure anteponendus, quod ad Octaviam Augusti sororem sine dubio spectet, ejusque integra vultus lineamenta expressa referat. Nam praeter nomen, oris species, comae dispositio, ornamenta capitis, quodque huic imagini Augustae titulus non sit adjectus, nummum sic Octaviae Mar-

celli matri vindicant, ut nulla suboriri queat dubitatio de altera ejusdem nominis, quae fuit Neronis uxor, et Claudii filia. Nummi omnes tam graeci, quam Ægyptii, atque etiam in Coloniis cusi, qui ad hanc secundam pertinent, ejus capitis comam in eum modum conformatam exhibent, quae Augusti aetati, et ipsius Familiae minime convenit, cum e contra nummus hic noster cum iis Liviae, et Juliae Augusti filiae graece loquentibus mirifice consentiat, ut facile quisque instituta comparatione deprehendere potest. Praeterea titulum *Augustae*, vel *Neronis Aug.* in nummis hujus secundae Octaviae nunquam omissum reperies; quod et perpetuo servatum in aliis omnibus feminis, quae ad Familiam Imperatorum spectabant, ex quo primum concessum, ut illae Augustae appellarentur, quod tamen sero accidit, et post Tiberii tempora. Nam Livia, superstite Augusto, eo titulo caruit, et vix in nummo n. Alabandensium cum ejus capite, et Augusti legitur CЄBACTOI, et Cajus Caesar Caligula tum primum aviam Antoniam Augustam appellari voluit, cum illa moerore confecta, quod se a nepote contemptam, et contumeliis affectam videret, voluntaria inedia occubuisset. De re igitur adeo perspicua plura addere necesse non est. Cl. Sestinius, qui similem huic nostro profert ex Museo Ainseliano Descript. N. V. pag. 362. n. 19, minime animadvertens signa omnia hactenus commemorata, quae uni Octaviae Augusti sorori conveniunt, alteri Neronis nummum assignat. Verum re melius perpensa eundem in meam sententiam pedibus iturum minime dubito.

Quanto in honore ab Augusto semper habita fuerit soror Octavia, qua gratia apud eum floruerit, indicio esse possunt extraordinarii honores, ad quos M. Marcellus Octaviae filius admodum adolescens ante tempus a patruo promotus fuit, ejus conjugium cum Julia ipsius Augusti filia, tanquam certus in imperio destinatus patrui successor, ludi pro ipsius aedilitate magnificentissime acti, funebris pom-

pa, et publica laudatio, qua generosissimi adolescentis immaturam mortem honestavit idem Augustus, theatrum denique ejus nomine dedicatum. Virgilii versus laudatissimi: *Tu Marcellus eris* etc. pertinent ad hunc eundem M. Marcellum Augusti ex sorore nepotem. De Octaviae conjugiis, de reconciliata saepe gratia ejus opera inter Antonium, et Caesarem, de reliquis praeclaris ejus vitae actionibus, quibus non modo apud fratrem; sed etiam apud exteras gentes publica testificationis, decorisque signa sibi promeruit cum in lib. n. de Vulg. Ærae Emend. actum fuerit, non est cur hic plura verba faciam. Satis erit innuere a Plutarcho Octaviam appellari σχῆμα θαυμαστὸν γυναικός: Athenienses eidem apud se commoranti maximos honores detulisse; mortuae Corinthios templum prope Forum extruxisse, de quo vidend. Pausan. in Corinth. pag. 116 edit. Lips.: Augustum denique, teste Dione lib. XLIX. Octaviae non minus, quam Liviae statuas dedisse: τῇ Ὀκταουΐᾳ τῇ τε Λιουΐᾳ καὶ εἰκόνας .... ἔδωκεν; atque ex Delmatarum manubiis porticus, et Bibliothecas a sororis nomine Octavianas dictas aedificasse: τάς τε στοὰς ἀπὸ τῶν λαφύρων αὐτῶν, καὶ τὰς ἀποθήκας τῶν βιβλίων τὰς Ὀκταουιανὰς ἀπὸ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ κληθείσας κατασκεύασεν. Octavianae porticus, et Bibliothecae sitae erant, ut ex vetustis monumentis constat, non longe a Theatro M. Marcelli, cujus ingentia adhuc extant vestigia, ejusque exterior facies ex Tiburtino lapide.

Nil mirum itaque si Vrbs Joniae non ignobilis Teos ad benevolentiam Augusti sibi conciliandam ejus sororis praestantissimae feminae imaginem in hoc nummo exprimendam decreverit. Vrbibus graecis, ut etiam Municipiis, Coloniisque id concessum fuisse, tot praeclara, quae supersunt monumenta Liviae, Caji, et Lucii Aug. nepotum, et ipsius Juliae Aug. filiae nos dubitare non sinunt. Typus Bacchi cum thyrso, et cantharo pariter occurrit in alio Tejorum

nummo, quem Augusto fratri dedicarunt, tum etiam Liviae apud Vaillantium de Num. Graec.

Tigranis Regis sorori nomine *Erato* similem honorem sine titulis moneta publica a Syriaca quadam Vrbe praestitum fuisse docet nummus Musei nostri, deinde Vaticani, quem Sestinius edidit T. V. Epist. Numism, nosque dedimus in Serie Regum. Atque haec de insigni hujusmodi nummo sint satis.

M. MARCELLVS

ΚΤΙСΜΑ СΕΒΑСΤΟΥ *Opus Augusti*. Caput adolescentis egregia forma, sine laurea, crispis capillis, cum toga, vel paludamento ad pectus.

ΑΥΓΟΥСΤΟС Ipse Augustus cum chlamyde in equo decurrente, d. elata pacificatoris habitu. Ær. 2. Tab. XIII. num. 15.

Inquirenti mihi, cui nam convenire queat imago, quam exhibet eximii hujus nummi pars adversa, neminem alium invenio, praeter M. Marcellum Octaviae sororis Augusti filium. Habet enim imprimis ea effigies ad pectus adjectam vestem, sive sit toga, sive paludamentum, sive aliud quodlibet ornamenti genus, quo profecto carere novimus singula numismata Augusti, et Tiberii, nec non Caesarum, quae in publicum usum signata fuerunt, sive sint latini, sive peregrini commatis. Exhibent enim illa nudam faciem, nudumque collum, idque etiam in subsequens utriusque Imperatoris tempus obtinuit. Nemini igitur eorum adscribenda effigies, de qua sermo habetur. Adde quod Augustus non sibi, sed alteri illud signum erexisse dicendus est, cujus propterea inscribitur opus, ejusque memoria eo nummo renovatur. Adde denique quod vultus lineamenta longe absunt ab iis Tiberii, et Augusti. Quod ad Augusti nepotes Cajum, et Lucium attinet, eorum facies in nummis magis pueriles, nec

unquam omissum eorum nomen, et Caesaris titulus, quod idem dicendum de caeteris, qui alia quacunque ratione, vel affinitate ad Augustum, ejusque familiam pertinebant, ut sunt M. Agrippa, Nero Claudius Drusus, et Germanicus ejus ex Antonia minori filius. Drusus namque sero tandem sub Claudio fil. imperante in nummis exprimi, et inscribi coepit, nec sine Imp. titulo, et Germanici cognomine; Germanicus post quam a Tiberio adoptatus, ac Caesar factus est. De M. Agrippa denique nihil hic addere necesse est. Notissimi sunt enim ejus nummi, et perspecta omnibus ejus facies, quae quantum ab hac nostra distare manifestum est, tantumdem etiam ab eadem imagines Drusi sen., et Germanici aberrare ex comparatione facile evincitur.

In hoc itaque nostro nummo privati alicujus juvenis vultum expressum intelligere oportet, qui cum Augusto sanguine conjunctus esset, ac licet nec ab eo adoptatus, nec Caesareae dignitatis insigniis auctus, eidem tamen apprime carus foret, et in honore haberetur, cui propterea immatura morte praerepto signum aliquod ad ejus memoriam posteritati commendandam publice erexerit, et dedicaverit. Atque haec quidem omnia M. Marcello generosissimo juveni Augusti ex Octavia sorore nepoti mirifice conveniunt. Nemo enim ignorat quanti Augustus semper fecerit sororem suam Octaviam, quamque dilexerit ejus filium ex C. Marcello genitum, quem mature ad dignitates in Republica promovit, pontificatu, aedilitate, aliisque extraordinariis honoribus augens, quem homines, si quid accidisset Caesari, successorem potentiae ejus arbitrabantur, quem demum XXII aetatis suae annum agentem, post aedilitatem cura, et impensa Augusti magnificentissime actam, morte ereptum = *funere publico elatum* (verba sunt Dionis lib. LIII) *laudatumque pro more Augustus in sepulcrum suum, quod tunc construebatur, condidit, memoriaque eum theatri* ejus, quod ante coeptum a Caesare, Marcelli dictum est, honestavit:

jubens insuper, ut ludis *Romanis effigies Marcelli aurea in theatrum inferretur, mediaque inter praefectos iis ludis magistratus collocaretur.* = En porro ea effigies, de qua quaerimus, tanto in honore habita a Romanis, volente Augusto, a quo fieri jussa, et consecrata in perennem M. Marcelli memoriam.

Inscriptio constans ex vocibus ΚΤΙϹΜΑ ϹΕΒΑϹΤΟΥ occurrit etiam in nummo Nicopoleos Epiri, quem vide paulo supra in Augusto. Merito autem ea Vrbs sic inscribebatur, quod a Caesare Octaviano condita fuisset in memoriam Actiacae victoriae, quam ibidem de M. Antonio reportaverat. A simili itaque signum, et imago in nummo nostro expressa sic inscripta dicenda est, quod fuerit opus Augusti.

Abest autem M. Marcelli nomen, quod esset adhuc privatae conditionis, cum in flore juventae diem suum obiisset. Neque id mirum videri debet cum aetate Augusti nondum permissum fuisset, ut principum quoque Feminarum, et ipsius Liviae nomen, et effigies monetae commatis romani insculperetur, et vix extent quidam nummi sero tandem, et sub Tiberio signati sub pietatis velatae symbolo, qui ad eandem, nec sine aliqua dubitatione referantur.

Non injuria conjicere licet signatum fuisse hunc nummum in ipsa Vrbe Nicopoli ad Actium, de qua paulo ante mentionem fecimus. Nam cum in ea Vrbe Ludi quinquennales ab eodem Augusto in Actiacae victoriae memoriam instituti agerentur, atque apud Vrbium Graecarum populos in more positum esset, ut illustrium Virorum, imprimisque Romanorum Principum, eorumque familiae signa, et statuae in foro, aliisque celebrioribus in locis erigerentur, dedicarenturque, a veritate minime abhorret, quod Nicopolitae exemplo apparatus ludorum, qui Romae in theatro Marcelli celebrabantur, in suis etiam Actiacis signa Augusti, et ipsius Marcelli inferrent, cujus propterea ima-

ginem, cum ea equestri Conditoris sui conjunctam in hoc nummo exprimendam curaverint. Voces quidem ΚΤΙϹΜΑ ϹΕΒΑϹΤΟΥ in nostro habent literas sigma, et forte epsylon lunatas, cum in altero superius allato Vrbis Nicopolis eae literae sint quadratae. Verum ab eadem Vrbe aetate pariter Augusti promiscue literas modo lunatas, modo vero quadratas adhibitas fuisse testatur nummus noster, quem vide paulo supra in Augusto, atque alterum proxime praecedit. Sic autem inscribitur: ΑΥΓΟΥϹΤΟϹ ΚΤΙϹΤΗϹ, et in aversa parte ΝΕΙΚΟΠΟΛΕΩϹ, cum litera insuper ω. In hoc M. Marcelli lit. Ε ambigua, quod vetustate vitiata, ut jam innuimus.

De equestri Augusti statua, quae in aversa parte conspicitur necesse non est, ut plura hoc loco commemorem. Nam eidem statim post Mutinensem victoriam, Cicerone referente, a Senatu decretam fuisse constat, ut de aliis sileam, quae apud veteres Scriptores memorantur. Illud animadvertere praestat unam ex hujusmodi statuis, quaecunque ea fuerit, diu apud Romanos in honore habitam, servatamque, fuisse. Cujus rei praeclarum testem habèmus nummum a Domitiano restitutum, qui sic se habet.

DIVO AVGVSTO Caput Augusti radiatum.

VESPASIAN. DOMIT. A. In imo REST. Figura Augusti equestris nostrae plane similis. Ær. 2. Tab. XIII. num. 16.

Nummus iste, quem utrum editus sit ignoro, ac certe omittitur ab Eckhelio in prolegomenis ad nummos Familiarum, ubi cap. XVII Restitutionum argenteos, aeneosque Augusti recenset, apud me servatur, eique extra ordinem alteri Marcelli, de quo hactenus dictum est, adstruendae fidei causa proxime locum dedi. Saepe laud. Sestinius in libro, cui titulus Descript. N. Vet. p. 161, nummum ipsum, quem illustravimus ex Museo nostro jam edidit, addito iconismo Tab. III n. 11, in eoque Augusti effigiem agnoscit. Sed pace eruditissimi Viri, vel ipsa vultus lineamenta id vetant, ac

comparationem fieri rogo cum altero, quem immediate subdit ex eodem Museo nostro sub n. 12; vetat praeterea pectoris ornamentum, quo carere jam diximus singula Imperatorum numismata, Augusti praesertim, et Tiberii. Addidi insuper aetate Aug., nec Caji, et Lucii imaginibus etc. illud ornamenti genus adjici consuevisse, ex quo magis magisque patet imaginem nostram privato alicui adolescenti tantum convenire posse.

Cum haec scripsissem incidit in oculos imago, quae a Jo. Fabro, in Imagines Illustrium ex Fluvii Vrsini Bibliotheca exhibetur sub n. 87, eaque M. Marcello nostro tribuitur. Illam quaeso inspicere ne pigeat: in utriusque enim lineamentis, pulcherrimaque vultus specie nihil tam simile deprehendes.

Alterum huic nostro hactenus illustrato simillimum me vidisse memini in Mus. Cl. Viri Jo. Baptistae Bondacca non ita pridem vita functo, quem hic honoris, et amicitiae causa nominatum volo.

LIVIA AVG. CONIVX

ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ ΑΙΒ... Caput Liviae.

ΑΡΙΣΤΟΓΕΝ...... Caput Augusti laureatum. Ær. 3. Tab. XIII n. 17.

Alabandensium in Augustum, ejusque uxorem, universamque familiam studium, et voluntatem declarant plures nummi hactenus editi, quibus adjiciendus iste peculiaris, aliique duo, quos hic, et sub Agrippa subjiciam. Peculiarem hunc appello ob nomen magistratus nondum editum. Atque in autonomis quidem ejus Vrbis similia nomina saepe occurrunt, at in Imperatoriis nequaquam.

ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ Caput Liviae velatum.

.. ΠΙ. Γ. ΑΝΚΙΑ. ΑΜΒΙΩΝΟϹ. Ceres stolata stans, d.

pateram, s. spicam inter duo papavera gerens. Ær.3. Tab. XIII n. 18.

Hic primus est, qui cum sola Liviae imagine ab Alabandensibus signatus mihi innotescat; in pretio etiam habendus ob additum magistratum. Quod Livia velato capite exhibeatur, consequens est nummum prodiisse post Augusti apotheosim. Nam Dione teste lib. LVI constat, ea a Senatu decreta, Flamines quoque electos, et Liviam ipsius sacerdotem constitutam fuisse pro divinis eidem honoribus habendis. Alabandam inter Cariae Vrbes praeclarissimam, a Care originem suam duxisse memorant veteres, qui Alabandi filii sui nomen eidem quoque indiderit. Hinc ab indigenis Heroem hunc consecratum fuisse testatur Cicero de Nat. D. Cl. Sestin. Descript. N. V. p. 365 nostrum hunc edidit, sed vitiato magistratus nomine.

Capita Augusti, et Liviae jugata, sine epigraphe.

ΕΦΕ

ΣΙΩΝ Cervus erecta fronte. Integerr. Ær. 3. Tab. XIV. num. 19.

Nummi nostri, in quibus Cusinii nomen legitur, ejus Vrbis magistratus, non ad Liviam, et Augustum pertinent, ut plerisque visum est; sed Claudii imaginem referunt, ejusque uxoris Agrippinae, de quibus vide inferius suo loco.

ΣΕΒΑΣΤΗ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ Caput Liviae.

ΤΙ ΚΑΙΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ Caput Tib. laureat. Ær. 2.

ΙΟΥ
ΛΙΑ in laurea

L B Palmae ramus. Duplex Ær. min.

De his nummis dictum est in libro de Vulg. Ærae Emend.

ΙΟΥ
ΛΙΑ in laurea

Fasciculus, ex quo erumpunt binae spicae, intermedio papavere; hinc inde L· Γ. Ær. min.

Addendus iste nummulus caeteris, quos recenset Eckhel. D. N. T. III p. 497.

ΑΡΧΕΛΑ . . . Caput velatum Liviae, et ante ejus faciem ΘΕΑ.

ΘΕΟΦΑΝ . . . Caput Augusti, et ante ejus faciem ΘΕΟC. In area hinc inde M Y. Ær. 3. Tab. XIV. n. 20.

Quod Cl. Viri Neumannus, et Eckhelius in nummos similes, sed detritos inciderint, atque ignoraverint, quo loco insculpti essent tituli ΘΕΑ, et ΘΕΟC, putarunt legendum esse *Divus Theophanes*, ac de celebri illo cive mentionem esse, cui referente Tacito. Annal. lib. VI: Graeca adulatio coelestes honores decreverat ob maxima beneficia, quae in patriam contulerat, favente Pompejo M. a quo summo in honore habitus fuerat. Sed ut omittam inauditum plane esse, quod illustri cuicunque viro privato in publica pecunia a Graecis Vrbibus titulus iste adjectus unquam fuerit, ipsa disjunctio nominum a titulis in utraque parte nummi insculptis, digito veluti ostendit nomina de duplici magistratu, titulos vero de Principibus viris utraque imagine expressis interpretandos esse. Idque jam egregie demonstravit Cl. Sestinius Lett. T. V. pag. LXI. Ipse vero potius, quam Agrippinam, et Germanicum in iis imaginibus, ut Sestinio videtur, Liviam, et Augustum agnosco, tum ob Liviae velatae lineamenta, quae ad alteram ipsius imaginem in Alabandensium nummo paulo ante allato accedunt, tum ob lit. quadratam Ε, cum jam Tiberii tempore tam C, quam Є sinuatae formae in similibus Mytilenaeorum nummis conspiciantur, quorum exempla vide apud eundem Sestin. Descript. Num. Vet. pag. 320. Quibus adde epigraphen, quo simplex magis, et sine principum nomine, eo antiquiorem habendam, magisque Augusti temporibus consentaneam, quo primum post Jul. Caesarem imperium obtinente, vel solae imagines ipsius, et uxoris sufficere poterant, ut om-

nes sine errandi periculo, quid exprimerent compertum haberent.

CΕΒΑCΤΟΙ .... ΕΤΡΟΝΙΟV ΤΟ Γ Capita adversa Tiberii laureatum, et Liviae.

ΘΕΟΝ CΕΒΑCΤ ... ΠΕΡΓΑΜ ..... Templum 4 column., in quo Aug. paludat. stans, d. divinitatis hastam gerit. Ær. 3.

Caput Liviae sine epigraphe.

ΣΑΜΙΩΝ Pavo Junonius caduceo insistens cum sceptro ad laevam. In area rota, et superne monogramma ꟿ.

Ex ornatu capitis Liviam sub Junonis specie expressam arbitror. Aversae partis typus idem, qui in nummo Augusti occurrit. Ad ea, quae ibidem adnotavimus nihil hic addere necesse est.

..... ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΤΙ ...... Capita adversa Augusti laureat., et Tiberii nudum.

...... ΚΟΡΩΝΟΣ ΑΙΒΙΑΝ Vesta velata, et tutulata stans cum cornucopiae in d., cubito vero s. columellae innititur, et laeva manu victoriolam gestat, quae ejus capiti coronam admovet. In area monogr. Ær. min.

CΥΝΚΛΗΤΟC ΖΜΥΡΝΑΙΩΝ ΙΕΡΩΝΙΜΟC CΕΒΑCΤΗ. Capita Senatus Smyrnaeorum, et Liviae adversa.

ΤΙΒΕΡΙΟC ΕΠΙ ΠΕΤΡΩΝ.... Augustus togatus cum sceptro in templo tetrastylo. Ær. 3.

Quod Livia CΕΒΑCΤΗ nominetur, sequitur, consecrato jam Augusto, editum fuisse nummum.

NVMMI AEGYPTII

Caput Liviae sine epigraphe.

Fasciculus, ex quo emergunt binae spicae inter duo papavera. Hinc inde L Δ. Ær min.

Sub Tiberio nummus signatus videtur, cui pariter nummi percussi cum eodem anno.

Caput Liviae sine epigraphe proprium in morem ornatum.

L M A Anno XLI in corona quercea. Duplex Ær. 2.

De notis dictum est in similibus Augusti nummis.

ΛΙΟVΙΑ ΣΕΒΑΣΤΟV Caput Liviae solito capitis ornatu.

Aquila stans, sine epigraphe. Ær. 2. Tab. XIV n. 21. A.

Nullum affert Zoega cum nomine Liviae. Quem profert huic similem n. 11, habet nomen Juliae; sed ex hoc nostro, in quo nitide scriptum legitur ΛΙΟVΙΑ, jure inferes eum a Morellio non recte exhibitum fuisse. Livia nonnisi ex testamento Augusti in Juliam Familiam adscita, post ejus obitum Julia appellari coepit. Hinc paulo supra in nummo Alabandensium ΛΙΒιαν, in altero Smyrnaeorum ΚΟΡΩΝΟC ΛΙΒΙΑΝ habemus; ita paulo infra ΗΡΑΝ ΛΙΒΙΑΝ in nummo Juliae Augusti filiae, ita denique in duobus sequentibus Ægyptiis, de quibus mox dicemus, ne alios hic commemorem, idque factum eo quod singuli hi nummi superstite adhuc Augusto editi fuerint. Hinc recte scriptum in eo quoque Morellii, ut in hoc nostro ΣΕΒΑΣΤΟV *uxoris* nempe *Augusti*, ut etiam in utroque, qui sequitur.

ΛΙΟVΙΑ ΣΕΒΑΣΤΟV Caput Liviae ornatum, ut supra.

...... ΠΑΤΡΙ.... Duplex cornucopiae cum fructibus, et taeniis dependentibus. Ær. 2 Tab. XIV. n. 21. B

Alius similis cum eodem capite Liviae, ut supra, sed in aversa parte integre scriptum.

ΠΑΤΡΟΣ ΠΑΤΡΙΔΟΣ Typus, ut in superiori. Ær. 2.

Apud Patinum pag. 54 legitur in simili nummo ΛΙΟVΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. In Catalogo vero Zoegae n. 9 habes ΙΟVΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΟV n. 10. ΙΟVΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. In singulis hisce mendum cubat, quod haud recte descripti fuerint, ac propterea emendandi ex meis tribus, ut supra: ΛΙΟVΙΑ ΣΕΒΑΣΤΟV. Ac revera cum Livia, ut dictum est in praecedenti, nonnisi testamento Augusti post ejus mortem in Juliam Familiam adoptione transierit, patet hosce nummos Musei n. ad tempus superstitis adhuc Augusti referendos esse, quo

quidem Livia nunquam Julia, nec Augusta dicta fuit, si unum hactenus excipias exemplum Alabandensium, in quo tamen non ea sola, sed simul ipsa, et Augustus ΣΕΒΑΣΤΟΙ appellantur in nummo Agrippae, de quo paulo infra. Accedit quod Augustus in nummis, qui post ejus obitum editi sunt, Divus inscribi solet coelestibus mox honoribus eidem a Senatu decretis, in his autem dicitur ΠΑΤΡΟΣ ΠΑΤΡΙΔΟΣ, ex quo sequitur etiam gignendi casu inscribi debuisse nomen ΣΕΒΑΣΤΟV, atque hanc monetam ab Ægyptiis vulgatam quidem fuisse, postquam Augustus a Senatu Pater Patriae appellatus fuerat, quod contigit Anno V. C. Varr. DCCLII, sed simul antequam supremum diem suum obiisset. Hinc merito Eckhel. Doctr. Num. T. VI p. 148 Harduini. in simili nummo lectionem respuit, quae pariter sic se habet ΛΙ-ΟVΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. Idem tamen Eckhel. D. N. T. IV p. 49 mallet tres Liviae nummos apud Zoegam inscriptos ΙΟVΛΙΑ ΣΕ-ΒΑΣΤΟV, vel ΣΕΒΑΣΤΗ inter incertae regionis monetam referre. Verum si res ex fabrica dijudicanda sit, cum hi duo, et superior ex Museo n. similes prorsus sint iis, in quibus notae L M, et L M A; tam nostri, quam Zoegae, non erunt a moneta Alexandrina repellendi. Addit ob nomen Juliae imperante Tiberio signatos. Quod tamen falsum, tum quia aliter legendum patet ex singulis nostris, tum ob voces ΠΑΤΡΟΣ ΠΑΤΡΙΔΟC aversae partis, et ΣΕΒΑΣΤΟV anterioris, sine addita voce ΘΕΟV. Illud unice verum in singulis Zoegae, ubi legitur ΙΟVΛΙΑ substituendam esse vocem ΛΙ-ΟVΙΑ, ubi ΣΕΒΑΣΤΗ supplendum ΣΕΒΑΣΤΟV.

NVMMI COLONIARVM

IVL. AVGVSTA DRVS........... TRIB. POT. C. V. T. idest *Julia Aug. Drusus. Caes. Trib. Pot. Col. Victrix Tarraco*. Capita adversa Juliae, et Drusi Tib. filii.

TI. CAES. AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. Caput Tiberii laureatum. Ær. 2.

Testis est praeclarus hic nummus de nomine Juliae, et de titulo Augustae, quod sub Tiberio cusus fuerit. Confirmat insuper Drusum Caesarem Tib. F. Tribunic. Potestate auctum fuisse postulante patre, et conferente Senatu, quod accidit ex Tacito Ann. V. C. DCCLXXIV, dum adhuc inter Tiberium, et Jul. matrem maneret concordia.

IVLIA AVG. FILIA

ΙΟΥΛΙΑΝ ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ Caput Juliae Aug. fil. quae *Julia Venus Aphrodite* assentationis gratia appellatur.

ΛΙΒΙΑΝ ΗΡΑΝ ΧΑΡΙΝΟΣ *Liviam Junonem Charinus*. Caput Liviae. Ær. 3. Tab. XIV. n. 22 A

Ex duobus integerrimis Haymi T. II pag. 222 supplenda dimidiata prima litera X, et emendandi, qui legunt ΛΑΡΙΝΟΣ. De Julia Augusti fil. Caji, et Lucii matre ex M. Agrippa plura attulimus in lib. nostro de Vulg. Ærae Emend. Cusus nummus ante An. V. C. Varr. DCCLII, quo Julia a patre relegata fuit, et uxor Aug. ΛΙΒΙΑ inscribitur.

MARCVS AGRIPPA ET AVGVSTVS

IMP. DIVI F. Capita duo opposita, quorum alterum nudum facie admodum juvenili, illud vero Augusti cum corona laurea.

COL NEM Crocodilus palmae ramo alligatus. In imo A, superne corona. Ær. 2.

IMP. DIVI F Bina capita nuda inter se opposita.

COL NEM Crocodilus palmae ramo alligatus, catena fune eidem ramo religata, cujus capita in area sinuata conspiciuntur. Ær. 2.

IMP. DIVI F. P P Bina capita, ut supra coronis ornata.

COL NEM In medio areae palma assurgens, superne hinc corona, inde catena clavo appensa fune, cum taeniis perpendiculariter pendens, crocodilum alligatum retinet. Ær. 2.

In aliis hujus Coloniae nummis, qui sunt magno numero, ut plurimum, crocodilus palmae arbori alligatus conspicitur. In hoc clavus trabalis catenam in superiori anulo fune religatam, ac perpendiculari linea ad collum crocodili pendentem sustinet. In hujus generis nummis hactenus Eruditi sibi videre visi sunt *ex margine hinnuli pedem justae magnitudinis, et bene longum protuberare*. Ita Cl. Eckhel. D. N. V. T. I. pag. 70, rursus in Proleg. gen. eodem T. pag. LIX. Ita Cl. Comes Caylus Rec. T. II. pag. 341, ubi etiam plura de hoc signo commentatur, ex conjectura statuens signum illud ad aliquod superstitionis genus exprimendum spectasse. In hoc nostro, nisi ab iis, quos illi commemorant sit diversus, ac nisi mei me fallunt oculi, clavus parumper inflexus, ejusque caput globosum, et rotundum, atque acies extrema acuta clarissime conspicua sunt: funis pariter, a primo superiori catenae anulo versus marginem projectus, atque ibidem in se ipsum revolutus paulo supra clavi cuspidem desinit. Quid simile etiam cernitur in iis nummis, in quibus crocodilus arbori alligatus visitur, catena enim pariter fune religata est, cujus capita in area sinuantur. Quo ad adversam partem coniicere mihi fas esse videtur: non omnes, et singulos Nemausi nummos eadem semper Augusti, et Agrippae capita referre. In primo enim caput oppositum alteri Augusti, faciem offert maxime conspicuam in primo adolescentiae flore, ex quo merito inferre licet uni ex Agrippae filiis ab Augusto adoptatis convenire. De reliquis duobus si capita ad Agrippam sint referenda, statuere oportet postremum nummum editum fuisse vita functo jam Agrippa ad ejus memoriam

posteritati commendandam. Augustus enim *Pater Patriae* primum appellatus fuit Anno V. C. Varr. DCCLII, quo ipse Cos XIII processerat, Agrippa vero diem suum obierat Quinquatribus A. V C. Varr. DCCXLII Quirino, et Valgio Consulibus, ut in lib. n. de Vulg. Ærae Emend. pag. 55, et 61 probatum est. In hoc utrumque caput laureatum videtur.

IMP. AVG......... Bina capita inter se opposita.

M. H. I. ILERCAVONIA DERT. Navis expanso velo, et in area superne ad lat. veli signum incusum, in quo palmae ramus. Ær. 2. Tab. XIV fig. 22. B

Quantum integritatis servat praestans iste nummus in aversa parte tantundem amisit in anteriori. Hinc capita Augusto ne, et Agrippae; an potius eidem Augusto, et Tiberio sint adscribenda definire non audeo. Alius magis integer, qui in lucem prodeat, id praestabit. Cl. Florez de hac Vrbe Hispaniae Tarraconensis ad Iberi Ostia positae binos tantum nummos agnovit: Tiberii unum, autonomum alterum, quem vide suo loco. Aliquid lucis ad bina capita interpretanda hujus nostri fortasse afferet Cl. Vir Bartolomaeus Botazius omnigena eruditione praestans, qui eum sibi illustrandum suscepit.

M. AGRIPPA. CVM. FIL. CAIO. ET LVCIO. NEC. NON CVM AVGVSTO. ET. LIVIA

ΛΑΑΒΑΝΔΕ
ΩΝ Caput Agrippae cum corona rostrata. Ex adverso capita jugata Caji, et Lucii fil., quos Augustus adoptaverat, cum astris.

ΣΕΒΑΣΤΟΙ Capita Augusti, et Liviae se respicientia. Ær. 3. Tab. XIV. n. 23.

Tam clare, et perspicue legitur in aversa parte hujus nummi vox ΣΕΒΑΣΤΟΙ, ut primo emendandi sint Norisius Cenotph. Pis. Diss. II c. 1., Vaillantius, et Morellius, et si

qui sunt alii, qui in nummo simili Musei Reginae Christinae legebant ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Secundo ex hac lectione omnis jam dirimitur controversia, quae hactenus inter eruditos viros exarserat: utrum nec ne Livia Augusti uxor, eodem vivente, Augustae nomine, conjuncto saltem cum Augusto, a Graecis Vrbibus aliquando decorata fuerit. Negari equidem non potest, quin in aversa hujus nummi parte exhibeantur Augusti, et Liviae capita adversa; quod ex certis ipsorum notis constat. Concedendum quoque est, quod Cl. quoque Eckhelius fatetur Doctr. Num. Tom. VI. pag. 153, ubi de hac controversia sermonem habet: *Vocabulum* ΣΕΒΑΣΤΟΙ *multitudinis numero ipsum etiam Liviam aperte complecti*. Igitur certum, praeclarissimumque jam habemus testem, quod Liviae quoque Graeci in omne assentationis genus eruditi, id honoris moneta sua publica tribuere studuerint. Quibus positis, etsi Cl. Eckhelio assentiendum, quod in pluribus Liviae nummis graecis apud Vaillantium, Harduinum, aliosque, aliter legendum sit, quam ipsi putaverint, quod et nos paulo supra in Augusto admisimus; dum tamen ipse D. N. Vet. T. II. pag. 546, et T. VI. pag. 154 sine dubitatione affirmare se posse putavit *Liviam Augusto vivo numquam dictam Augustam*, ea pronuntiasse modo liquet, quae cum integerrimi hujus numismatis, fide pugnant. Laud. Eckhel. T. II. p. 573 scribit: *eo quod capita ex eodem Christinae nummo aliter depicta, et descripta exhibeantur a Vaillantio, et Morellio, apparere nummum esse adrosum, neque satis constare, quorum ea sint capita*. Sed immerito dubia excitat Cl. Vir de imaginibus ejus nummi, quod modo ex nostro magis magisque perspicuum fit, ex corona praesertim rostrata, qua clarissime ornatum cernitur caput Agrippae ex adverso filiorum, Caji, et Lucii. Errores, qui non semel irrepere solent in delineandis, describendisque nummis veritati autographi obesse nequeunt. Etiam in schemate nostri error admissus in voce ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ unica linea exhi-

bita, cum binae postremae literae ΩN sequentem lineam occupent in autographo. Quod sero animadversum amplius emendari non potuit; non tamen de veritate imaginum dubitare fas est. De Alabanda Vrbe Cariae libera, de astris, quae Caji, et Lucii capiti adjecta cernuntur, de singulis denique imaginibus in hoc nummo conspicuis consule laudatum Norisium loco citato.

CAIVS ET LVCIVS CAESARES

ΑΜΟΡ. ΑΝϢΝ ΑΑ.. ΞΑΝΔΡΟϹ Capita jugata Gaji, et Lucii Caesarum.

ϹЄΒΑϹΤΟϹ Caput Augusti sine laurea, ante faciem lituus. Ær. 3. Tab. XIV. n. 24.

Supplere oportet ΑΜΟΡΙΑΝϢΝ. Cl. Sestin. in hoc ipso Descript. N. V. p. 317 legendum sibi videbatur ΜΑΘΥΜΝΑΙϢΝ, sed literarum vestigia, quae supersunt, earumque numerus id vetat. Amorium Vrbs erat Phrygiae magnae, ejusque nummorum series ab Augusto deinceps inchoanda erit.

ΓΑΙΟΣ ΛΕΥΚΙΟΣ Capita jugata Caji, et Lucii Caes.

..ΡΑΤ...... Forte ΑΡΑΤΟΣ

...ΑΜΜΑΤΕΥΣ ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ

ΚΙΛΒΙΑΝΩΝ

ΝΕΙΚΑΙΩΝ *Cilbianorum Nicaeensium* in Lydia. Venus stans, d. pomum, s. vestem elevat. Ær. 3.

Idem magistratus legitur in altero fere simili Mus. Caes. Erant in Lydia non longe a Caystri fontibus Cilbiani populi, alii, qui ΤΩΝ ΚΑΤΩ *inferiores*, alii, qui ΤΩΝ ΑΝΩ, idest *superiores* vocabantur, de quibus non modo Plinius verba facit; sed etiam nummi testantur, videndi infra in hac Serie Imp. simul autem collecti apud Eckhel. Doctr. Num. Vet. T. III. p. 97. In ipsorum campis consedisse videntur Nicaeensium Coloni ex Bithynia, de quibus mentio in hoc nummo, tum etiam Pergameni, qui in aliis nummis cum Ni-

caeensibus simul, vel quandoque etiam soli memorantur. Hos autem advenas foedus cum antiquis loci incolis iniisse probabili conjectura infert Vaillantius. Sed et illud etiam ex formula, quae legitur in quibusdam hujus generis nummis ΝΙΚΑΕΩΝ ΤΩΝ ЄΝ ΚΙΑΒΙΑΝΩ jure inferri potest, id factum fuisse tam a Nicaeensibus, quam a Pergamenis, ut ex loci mentione se a caeteris ejusdem nominis Vrbibus discriminarentur.

NVMMI COLONIARVM

C.. CAESARES. Stat uterque togatus capite velato clypeum d. sustinentes, ut in nummis argenteis commatis romani.

C.V.T

TAR *Colonia Victrix Togata Tarraco*. Bos Coloniae symbolum. Ær. min. Tab. XIV. n. 25.

Postquam Augustus Cajum, et Lucium in forum deduxerat, equites Romani unumquemque hastis argenteis, et clypeo donaverant, ac Principes Juventutis singuli appellati fuerant. Id ex serie rerum gestarum ipsius Augusti apud Grut. pag. CCXXXI, ex Tacito lib. I. Annal., ex Dione demum lib. LV manifeste constat. Nummi deinceps aurei, et argentei plures Romae editi illustris hujus facti testes. Atque id ipsum memoriae commendatum voluerunt in hoc suo nummulo Tarraconenses. Apud Pellerin., et Henr. Florez. legitur GEM, idest GEMINI. In nostro legendum videtur C. L. CAIVS LVCIVS ob primam superstitem lit. C. Quoniam Augustus consulatum XIII A. V. C. Varr. DCCLII in eum finem suscepit, ut tum primum Lucium Caesarem in forum deduceret pro consequendis honoribus, quibus ante triennium, eodem Augusto Cos. XII auctus fuerat Cajus, hinc sequitur post id temporis nummos hujusmodi tam romanos, quam Coloniae Tarraconensis signatos fuisse, ante annum

tamen V. C. DCCLV, quo Lucius Caesar Massiliae inopinato morbo correptus finem vivendi fecit mense Augusto. Vterque frater stat velato capite, quod inter honores acceptos sacerdotio etiam initiati fuissent. Apud Tarraconenses Caesar, postea Augustus plurimum moratus fuerat, cum in Hispania bellum gereret, ibique consulatus VIII, et IX inierat.

SERVILIO C. F. PRIMO M ANTONIO H.... Capita Caji, et Lucii Caes. se respicientia, sine laurea.
CAESAR CORINT. Caput nudum Augusti v. d. Duplex Ær. 3.

Supple in anteriori parte HIPPARCHO II VIR ex editis apud Vaill., et Catal. Theup. Isti nihil habent peculiare, nisi quod Servilius dicitur C. F, et differunt a supra citatis. Ex quo sequitur Corinthios non paucos ex his edidisse nummos ad suum erga Aug. obsequium declarandum.

LVCIVS CAESAR

ΛΕΥΚ ΚΑΙ...... ΣΜ..... Caput Lucii Caesaris nudum.
....ΟΝV....
ΚΟΛΛΙΒΑ Victoria expansis alis, d. elata corollam, s. palmam. Ær. 3.

In altero a Smyrnaeis pariter edito, in quo capita jugata Augusti, et Liviae apud Vaillantium legitur in aversa parte ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΚΟΛΥΒΑΣΙΟΥ, ex quo supplendus hic noster, in quo tamen Collibasii nomen scribitur cum duplici ΛΛ.

ΛΟVΚΙΟC ΚΑΙCΑΡ Caput nudum Lucii Caesaris.
..ΑΑΙΤΩΝ. Vas reticulatum erumpentibus ex eo quatuor spicis, intermedio papavere. Ær. min.

Aversa pars eadem, ac in meo autonomo ejusdem Vrbis Elaeae Aeolidis cum capite Cereris, et nomine Vrbis ΕΛΑΙΤΩΝ in utraque parte iterato, quem vide suo loco.

Deest in hoc prima lit. Є, cujus loco incusum fuit parvum aliud vas cum tribus floribus. Hujus similem delineatum vide apud Pellerin. Pop. T. III. Tab. CXXXIII n. 5.

TIBERIVS AVG.

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ Caput Tiberii sine laurea.
Α
ΕΠΙΣΙ
ΛΑΝΟΥ *Sub Silano Antiochensium An. I., et XLV* in
ΑΝΤΙΟ laurea. Duplex Ær. 2.
ΧΕΩΝ
ΕΜ

E vivis abeunte Augusto Caesare die XIX Augusti A. V. C. Varr. DCCLXVII, succedit Tiberius. Antiocheni annos Principum Romanorum iterabant a die suscepti imperii, annum vero suum civilem ordiebantur a mense Octobri deficiente, ut fuse probavimus in lib. de Vulg. Ærae Emend. ex nummis arg. Neronis, iterumque confirmaturi sumus in lib. de Epoch. Annus ΕΜ computandus ab Æra Actiaca anni V. C. Varr. DCCXXIII. Hinc sequitur primum bimestrem imperii Tib. Caesaris spectare ad annum Ærae Antiochenae Actiacae ΔΜ expirantem, reliquum tempus ad An. ΕΜ, ut in nummo, atque hoc tempore propterea editum fuisse nummum suprascriptum.

TI. CAESAR TR. POT. XXXIII. Caput Tiberii laureat.
S C in laurea. Duplex Ær. 2.

Editus nummus post Kal. Jul. A. V. C. Varr. DCCXXCIIII, quo Tib. iniit trib. pot. XXXIII. Ad Antiochiam Syriae spectat, ut memoratus supra Aug. cum graeca epigraphe; sed isti inscriptionem habent latinam, pluresque extant de singulis fere Imperatoribus ab Augusto ad Æmilianum usque, ut ex nostro ejusdem singulari nummo modo fit manifestum, sed a Trajano cum graeca plerumque inscriptione.

Caput Tiberii laureatum anepigraphum.

ΑΣΤΥΠΑΛΑΙ.... Victoria gradiens, d. corollam. Ær. fere 1.

Nummus supplendus ex altero Pellerinii Pop. T. III. Tab. XCI n. 1., et pag. XC. Astypalaea Insula, et Vrbs inter Rhodum, et Cretam Straboni, et Ptolemaeo. Nummus in honorem Tiberii jam Imperatoris percussus, ut ex laurea infertur, non quando privatus apud Rhodum morabatur, ut Pellerinio visum est, quod jam Eckhelio animadversum. Vnicus hactenus iste, et alter Pellerinii, qui certo innotescat ejus Vrbis.

TIBEPIꞶ KAICAPI Caput Tiberii laureat.

ΓΑΔΑΡΕΙϹ L ΥΒ Anno XCII Protome Vrbis turrita. Duplex Ær. 3. Tab. XIV. n. 26.

In altero Vaillantii 2 formae legitur TIBEPIꞶ CЄBACTꞶ, et notae chronologicae ita dispositae sunt, ut minor majorem praecedat, secus ac in nostro. De illo vide in lib. n. de Num. Imp. cum notis chronolog., sive de Epoch.

TIBЄP... CЄB.... Caput Tiberii nudum.

ΔΑΜΑC...

NꞶN ЄΑΤ Mulier rupi insidens. Ær. 3.

TIBЄΡΙΟV CЄΒΑΣ. Caput Tiberii laureat. cum signo incuso, in quo caput alterum laureat.

ΔΑΜΑΣΚ L ЄΜ... Mulier rupibus insidens turrito capite, d. extensa, sin. cornucopiae. Supple L ЄΜΤ. An. CCCXLV. Ær. 3.

Vide de utrisque notis in lib. de Epoch., quae ex nummis Imperatorum hactenus innotescunt.

TIB
KAI in laurea.
A
IOVΛIA Julia
L Δ Palmae ramus.
An. IV. Ær. min.

In anteriori parte legend. *Tib. Caes. Aug.*

In alio

TIB

KAI

CAP Tiberius Caesar. In medio laureae.

IOVΛIA Julia

L Є An. V. Palmae ramus. Ær. min.

Ex Mus. Ainsel. alterum similem describit Sestinius in suis schedis.

.... BЄPIOV KAICAPOC Tiberii Caesaris. Simpulum cum manubrio.

Fasciculus trium spicarum media erecta, duabus extremis dependentibus. Ær. min.

TIBEPIOV KAICAPOC Lituus.

L IZ An. XVII intra coronam. Ær. min.

Non solum Augusto, et Liviae sejunctim editi nummi in Judaea, ut supra suis locis videre est; verum etiam Tiberio, modo quidem una cum matre, modo vero sine eadem. Lubet autem hic eos subjicere, qui mihi perspecti, juxta annorum seriem, quos exhibent, vel etiam sine adjectis annis, ut pateat eosdem non ad Juliadem Vrbem, sed ad Liviam Augusti conjugem spectare, post ipsius mortem Juliam appellatam. Sine notis hunc accipe.

TIBЄPIOV KAICAPOC CЄ Simpulum.

IOVΛIA CЄ Lilium. Ær. 3.

Eckhel. Num. Vet. pag. 288.

Cum notis vero, qui sequuntur:

TIB. KAICAP intra lauream.

IOVΛIA L. A, vel Θ, vel IA, vel IΔ. Palmae ramus. Ær. min.

Eckhelius Doctr. Num. T. III p. 498 ex Morell. in Num. Liviae, Mus. Caes., et Panel. Quibus jam adde meos quatuor supra descriptos cum notis LB, Γ, Δ, Є.

Cum notis vero, ubi nomen Tiberii inscriptum, vel cum solo ipsius nomine, sine altero Juliae.

TIBEPIOV KAICAPOC L H An. VIII Capeduncula.
IOVAIA KAICAPOC Tres spicae colligatae. Ær. 3.
Eckhel. n. 4. pag. 249 Catal. Vindob.

Alius similis, sed L. IA An. XI. Ær. 3.
Idem n. 5.

TIBEPIOV KAICAPOC L IϚ An. XVI Capeduncula.
IOVAIA KAICAPOC Tres spicae colligatae. Ær. 3.
Sestin. ex Mus. Ainslei. Pembrok P. 2. Tab. 86.

TIBEPIOV KAICAPOC Lituus.
L IZ anno XVII intra lauream. Ær. 3.
Mus. Ains. Pell. Lett. A Lett. I. Tab. 1. fig. 1, meus item, qui supra in serie descriptus.

• TIBEPI... KAICAPOC lituus auguralis.
L IH intra sertum An. XVIII. Ær. 3.
Pellerin. Lett. p. 5. Neumann. T. II. pag. 87.

In Julia, vel Livia habes ann. I. II. III. IV. V. VIII. IX. XI. XIV., et XVI., qui omnes cum post mortem Augusti editi fuerint, quod ex nomine Juliae clarissime infertur; nam ut alibi etiam dictum est, ea id nominis nonnisi ex testamento mariti vita functi primum adhibere coepit, annos imperii Tiberii Caesaris designare dicendi sunt, ab anno scilicet DCCLXVII. Postremae notae in Tiberio solo sunt L. IH, annumque indicant DCCLXXXV ex Nisan praecedentis anni; sed ad Tiberium tantum nummus spectat, nam Julia tum defuncta fuerat. Postremae vero notae cum ipsius nomine sunt L IϚ, idest ann. XVI. Ex quibus en quid jure inferre liceat. Livia mortalitatem explevit duobus Geminis consulibus, qui sunt indices anni V. C. Varr. DCCXXCII: postremus igitur hic nummus, qui a Judaeis in ejus honorem emitti potuerit, ejusque notae a mense Nisan anni V. C. Varr. DCCLXVII computandae designant annum V. C. Varr. DCCXXCII a mense Nisan incipientem, ac desinentem re-

vertente mense Nisan insequentis anni. Hinc consequens erit Liviam Augustam non ante quam iniret vernum tempus ejusdem anni decessisse, ut signari potuerit nummus ea adhuc vivente, vel cum nondum ejus mors Judaeis innotescere posset. Quo vero mense circa, vel post vernum tempus ejusdem anni id evenerit definiri nondum potest.

ΤΙΒΕΡΙΟΣ Caput Tiberii sine laurea.

ΕΠΙ ΓΕΙΣ. ΚΟΥ Φ, et quinque puncta. Caput virile velatum, et in area ante faciem ΓΜ. Aur. m. m.

Ex Mus. Petri Persici P. V.

Vnicus hactenus Augusti aur. m. molis compertus erat, cujus ad calcem praefationis Tom. II Antiquit. Herculan. En jam alter Tiberii ejusdem molis, et praestantiae ex laudato praeclarissimi Viri Museo, quem honoris causa non semel alibi etiam memoratum in hoc Opere invenies. Ad Cretam Insulam referendum puto, neque solum, quod in iis partibus fuerit inventus, sed potissimum ob Senatus Romani imaginem velatam in aversa cum adiecto Praetoris Graeci nomine. Apud Vaillantium de Num. Imp. Rom. bini argent. m. m. recensentur eidem Tiberio dicati ab Vrbe Cydonia Cretae, cum effigie pariter velata Senatus, et Graeci Praetoris nomine ΕΠΙ ΛΑΧΗΤ. Quae duo satis idoneum praebere videntur argumentum, ut de hoc quoque aureo Cretensi Vrbi adscribendo judicium feramus, quae forte solitaria ea lit. Φ fuerit designata. Inter Vrbes Cretae nominantur Phaestus, Phalanna, Phalasarna apud Hunter; prima, et postrema a Sestinio quoque; de Phalanna tamen aliter judicat, repugnante Eckhelio, qui Sestinii nummum Creticam mercem agnoscit. Vtrum aliqua ex his Vrbibus, ac Phaestus praesertim, quae aliquando inscribitur simplici lit. Φ subintelligenda sit judicent Eruditi. Notae ΓΜ quae annum indicant XLIII, ut ego quidem censeo, de annis imperii Augusti adhuc viventis commode interpretari possunt, praesertim cum nomen Tiberii quocunque titulo careat. Designant illae A. V. C. DCCLXVI

ex praecedenti, quo tempore unus supererat Tiberius ab Augusto in successorem destinatus, quod etiam anno mox sequenti contigit. Etiam in nummis Amastries Paphlagoniae, sed autonomis apud Haymum Parte II Tab. XIX. fig. 10. adiectae leguntur similes notae ΓΜ, et in altero apud Sestin. Descript. N. V. p. 241 notae ΓΙ, quas positas arbitror ex aliqua epocha, licet in Imperialibus ejus Vrbis, nulla hactenus Æra detecta fuerit. Denique minime omittendum Eleuthernas, et Gortynam ejusdem Insulae Cretae non paucos edidisse nummos arg. etiam majoris moduli in honorem Tiberii jam Augusti, et Caesaris Augusti Divi honore a Senatu decorati. Quae probant unam prae caeteris Cretam Insulam hujus generis nummis suam erga Augustum, Tiberiumque voluntatem palam facere sibi gloriae duxisse.

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ Caput Tiberii nudum.

Γ
ΕΠΙΣΙ *Sub Silano Seleueensium An. III, et XLVII.*
ΛΑΝΟΥ In laurea.
ΣΕΛΕΥ
ΚΕΩΝ Duplex Ær. 2.
ΖΜ

Recte procedit annus III imperii Tib. Caes. cum ann. XLVII Epochae Augustanae. De hoc in lib. n. de Epoch.

Similes quoque nummos sub eodem Silano edidere Antiocheni cum notis Α, ΕΜ, et Γ, ΖΜ. Ex quo patet ab utraque Vrbe in his nummis Actiacam Æram adhibitam fuisse.

NVMM. AEGYPT.

ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣ.. ΕΒΑΣΤΟΣ L ΙΘ An. XIX Caput Tiberii laureat. versus d.

..... ΣΕΒΑΣΤΟΣ Caput Augusti radiatum versus sin. Purior. not. Arg. 1. Tab. XXXIX n. 57.

Addendus iste praeclarus num. integerr. Catal. Zoegae, et Eckhel. T. IV D. N. V. pag. 50. Notae annum designant, ex quo primum Tiberius principatum solus obtinuit, vita functo Augusto a. d. XIII Kal. Septembr. A. V. C. DCCLXVII. Itaque ex methodo Egyptiaca signatus fuit nummus iste An. V. C. DCCXXCVI ex die XXIX Augusti anni praecedentis.

NVMMI COLONIARVM

TI. CAES...... AVG. F. AVGVST... Caput Tiberii Aug. laureatum.

M... ILERGAVONIA In area subtus navim DERT. Navis velis expansis. Ær. 3.

Vide supra in Augusto bina capita opposita sub hac eadem Vrbe. Illergavonia *Municipium Hibera Julia* dicta, quae Hiberum flumen attingebat.

TI CAESAR DIVI AVG F AVGVST IMP VIII Caput Tiberii sine laurea.

C VIB MARSO PR COS DR CAE Q PR T G RVFVS F C, Mulier velata sedens d. pateram, s. hastam, sub qua Juliam Divi Augusti uxorem exprimi non dubium. In area D/P D/P Duplex Ær. 2.

Alius similis, in cujus aversa parte sic legitur

C VIB MARSO PR COS NE CAE Q PR AM GEMELLVS F C D/P D/P Julia sedens, ut in superiori. Ær. 2.

Primum Vaillantius sic interpretatur *C. Vibio Marso Proconsule Druso Caesare Quaestore Provinciali Titus Caecilius Rufus faciundum curavit, Decuriones posuere*. Sed duo mihi notanda occurrunt: primo initialem lit. quae praecedit vocem RVFVS in utroque meo esse G, non C; ut in AVG, AVGVST adversae, et GEMELLVS sequentis nummi; hinc non de Caecilia, sed de alia qualibet Familia, quae a lit. G

cipiat, puta de Gallia, Gegania, Gellia etc., esse interpretandam. Secundo Eckhel. non injuria respuere explicationem initial. DD PP supra allatam. Verum nec ipsi assentiri posse puto, dum substituit: *Decreto Decurionum publico*, vel *Decuriones probavere*. Id enim geminatum P P vetare mihi videtur. Nam simplex quidem P in monumentis pro plurali etiam adhibetur, non autem duplex P P pro unico sumitur. Ad rem vero in iis lego: D. D. EX P. P. Itaque ita subintelligendum censerem: *Decreto Decurionum Pecunia Publica* Duumviri T. G. Rufus, A. M. Gemellus statuam Liviae faciundam curarunt, C. Vibio Marso Proconsule, Nerone Caesare, Druso Caesare Quaestoribus Provincialibus, ut in utroque nummo legitur, ad ejus memoriam posteritati commendandam.

TI. CAES....... AVG. Caput Tiberii nudum.

PERM. SIL. Inter duo signa, et Aquilas legionarias. Ær. 2.

Quemadmodum in nummis Africae Provinciae saepe occurrit PERMISSV DOLABELLAE, PERMISSV APRONII Proconsulum; ita in hoc Coloniae Beryti Phoeniciae legendum PERMISSV SILANI. Fuit iste Q. Caecilius Silanus, qui sub finem Augusti, et initia Principatus Tiberii Syriae praefuit, uti ex nummis Antiochiae, et Seleuciae in hoc etiam libro suis locis allatis liquet. Similem citat. Eckhel. ex Mus. Caesar., habetque Pellerin. Mel. I. p. 255. ac jure nummum licet absente nomine Vrbis, Beryto vindicat ob typum communem ejus Coloniae.

DRVSVS SENIOR cum ANTONIA

ΔΡ....... ANTΩNIA Capita Drusi senioris, et Antoniae se respicientia, Drusi sine laurea, Antoniae vero velatum.

ΚΑΙΣ. ΓΕΡΜ. Σ.. Caput Claudii laureatum. Ær. 2. Tab. XIV. n. 27.

Claudius ad imperium evectus memoriam parentum suorum omni honorum genere renovavit, eorumque effigies in nummis etiam aureis, et argenteis romani commatis exhibendas curavit. Ad ejus exemplum Vrbem hanc quoque graece loquentem, sine nomine tamen, in hoc praestanti nummo cernitur moneta sua publica easdem signasse. Similem habes in Museo Reginae Christinae. Drusus iste ille est, quem Livia ex Tib. Claud. Nerone gravida intra penates Augusti, primo conjugii trimestri in lucem edidit. Fuit Tiberii imperantis frater aetate minor, Augusto ob eximias animi dotes, laudesque bellicas maxime probatus. Ejus diem emortualem ex Kalend. Antiatino a me primo inventum, atque illustratum edidi in lib. de Vulg. Ærae Emend. p. 342, quem deinceps adoptatum video ab Eckhelio D. N. V. T. VI. p. 176.

ANTONIA MINOR DRVSI SEN. VXOR

ΑΝΤΩΝΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ Caput Antoniae min.
ΤΙ ΚΛΑΥΔΙ ΚΑΙΣ ΣΕΒΑ ΓΕΡΜΑΝΙ ΑΥΤ... In area L B. Arg. purior. notae Tab. XIV. n. 28.

Editus nummus in Ægypto anno secundo imperii Claudii, qui optimae matri suae sub Cajo Caligula vita functae a suscepto statim Principatu maximos honores tribuendos decrevit. De ea omnium virtutum splendore fulgenti asserere non dubitavit Val. Maximus *virilem Familiae suae claritatem laudibus supergressam*.

NVMM. INCERT.

Caput Antoniae cum stola ad pectus. Hinc spica in area, inde pavo.
Caput Palladis cum galea, et aegide ad pectus.
ϙολλ literis punicis. Ær. 2. Tab. XIV n. 29. A

Similem fere Peller. Liviae adscribit sub Vrbe Iol Pop. III. p. 151. Sed in hoc lineamenta vultus, et capitis ornatus mihi Antoniam min. potius exhibere videntur.

DRVSVS CAESAR. TI. F. cum GERMANICO FR.

ΔΡΟΥΣΟΣ ΚΑΙΣΑΡ Caput Drusi jun. laur.

ΓΕΡΜ. ΚΑΙΣΑΡ Caput Germanici nudum. Ær. 3. Tab. XIV. n. 29. B

ΔΡΟΥΣΟΣ ΚΑΙ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡΕΣ ΝΕΟΙ ΘΕΟΙ ΦΙΛΑΔΕΛΦ Drusus, et Germanicus togati in sella curuli sedentes.

ΓΑΙΩ ΑΣΙΝΝΙΩ (sic) ΠΩΛΛΙΩΝΙ ΑΝΘΥΠΑΤΩ. Haec in ambitu, in medio autem coronae ex quercu ΚΟΙΝΟΥ ΑΣΙΑΣ. Ær. 2. Tab. XXXIX. fig. 58.

Omni ex parte integer nummus, nihilque deest inscriptioni, quae totum ambitum utrobique implet. Hinc patet ab eo abesse duplicatam vocem ΑΔΕΛΦΟΙ, ut apud Vaillantium, aliosque.

ΔΡΟΥ.......... ΓΕΡΜ......... ΚΑΙΣ Α....... Drusus, et Germanicus sedentes, ut in superiori. Supple ΔΡΟΥΣΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΑΔΕΛΦΟΙ.

.... ΑΝΔΡΟΥ ΚΛΕΩΝΟΣ ΣΑΡΔΙΑΝΟ.. Corona quercea intra quam ΚΟΙΝΟΥ ΑΣΙΑΣ. Supple ΕΠΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ etc.

Vtrumque describunt Vaillantius, deinde Morellius in Imperial., et ex eo Eckhelius. Illud de hoc secundo notandum, me in alio simili Musei Reginae Christinae integerrimo, quem in meis schedis descriptum habeo, legisse ΣΑΡΔΙΑΝΟΥ, non autem ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. Sensui magis consonum videtur, ut Alexander Cleon fuerit Asiarcha Communitatis Asiae, Civitate Sardianus, quam quod ea Vrbs dicenda sit nummum Druso, et Germanico dicasse, vetante epigraphe ΚΟΙΝΟΥ ΑΣΙΑΣ. In primo certe ex his duobus nulla men-

tio Vrbis Sardes, in aliis tribus etiam praeclarissimis numismatibus ejusdem Gazophylacii Reginae Christinae, deinde Musei Bracciani, et Vaticani, a Vaillantio quoque descripti sub Antonino Pio pag. 47 de Num. Graecis edit. Amstelaedam. legebatur, ut ipse pariter adnotaveram: ΚΟΙΝΟΝ ΙΓ ΠΟΛΕΩΝ ΠΡΟΔΙ. ΟΝ ΚΑ ΦΡΟΝΤΩΝΟΣ ΑΣΙΑΡΧΟΥ ΚΑΙ ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ ΙΓ ΠΟΛΕΩΝ. quin ulla in eo fiat mentio peculiaris Vrbis.

DRVSVS..... GERMANICVS CAESAR Capita Drusi, et Germanici Caesarum se respicientia.

PERM. DIVI AVG. COL. ROM. Caput Tiberii laureat. Ær. 2.

Drusum Caes. Tib. Fil., et Germanicum fratrem ex adoptione Tiberii, inter se maxime concordes extitisse scribit Tacitus Hist. lib. 2. Coloniam hanc a Divo Augusto cudendae monetae potestatem obtinuisse patet.

TIBERIVS CAES. DRVSI IVN. F.

ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ Caput Tiberii Caesaris Drusi junioris filii puerili facie, sine laur., et cum toga ad pectus.

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ Caput Drusi patris nudum. Duplex Ær. 2. Tab. XIV. n. 30.

Post Octaviae sororis Augusti imaginem, et alteram M. Marcelli, quas supra dedimus, tertiam hic Tiberii Caesaris Drusi junioris filii, Tiberii imperantis nepotis subjungimus, de qua, mea quidem sententia, minime dubitare fas est. Extant quidem ejusdem Tiberii Caesaris nummi cum ejus capite ex adverso Germanici Caesaris tam romani, quam peregrini commatis; sed in iis, aut vix innuitur utriusque infantis vultus duplici cornucopiae insertus in moneta romana, aut male depictus conspicitur ob rudem fabricam, et officinae barbariem, a qua nonnulli incertae Vrbis, vel provinciae prodierunt. In hoc autem Thessalonicensium so-

lidam, et ad vivum expressam habemus ipsius effigiem, qua merito Imperialium seriem augere praestat. Quod autem uni Tiberio Drusi junioris filio sit adscribendus nummus, certo suadet puerilis aetas, quae in ejus imagine clarissimis notis sese conspicienda praebet. Tiberium, qui in imperio Augusto successit, dum esset puerilis aetatis, eo nummo a Thessalonicensibus exprimi potuisse fingi nequit. Ille enim non nisi sero, ac morte sublatis duobus fratribus Cajo, et Lucio in Familiam Juliam ab Augusto adoptatus *Tiberius Caesar* nominari coepit, quod contigit anno V. C. Varr. DCC-LVII, cum ageret Tiberius aetatis suae annum XLV.

Hinc mirari subit Cl. Sestinio, qui meum inspexerat, tum alterum Musei Cusineriani, quem citat Descript. Num. Vet. p. 117 n. 42, nihil de puerili hujus Tiberii imagine in mentem venerit suspicari, quam etiam in ejus iconismo a me accepto Tab. III n. 4 clare satis expressam invenies. Citato loco ex eodem Mus. Cusineriano subdit Cl. Vir n. 43, et 44 Tiberii Imperatoris nummos cum Augusti, et Liviae effigie ab iisdem Thessalonicensibus percussos. Epigraphe capitis in utroque sic habet ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΘΕΟV ΣΕΒΑΣΤΟV, item ΤΙ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Ex ipsa itaque inscriptione discrimen agnoscendum inter binos hosce, et alterum, de quo agimus. Sed praeterea diligentius quaeso comparationem instituat Cl. Vir inter hujus nostri imaginem, et alteram Tiberii imperantis in suprascriptis duobus nummis expressam, nec plane dubito, quin ad meam lubens deferatur sententiam. Admisso autem quod praestans hic noster nummus ad Tib. Imperatorem spectare nequeat, reliquum erit, ut uni Tiberio Drusi junioris filio sit adscribendus. Nec mirum sane si Thessalonicenses assentationis causa erga patruum Tiberium, qui in ortu nepotum suorum gemellorum virilis sexus maximam ceperat voluptatem, hujus superstitis effigiem monetae suae exprimendam curaverint. Constat enim eosdem prae caeteris omnibus jam inde

a Jul. Caesare, et Augusto Imperantium Romanorum, eorumque Familiae effigies nummis consecrasse, quorum uberrimam seriem videsis apud laud. Sestin. loco citato, quaeque ex aliis etiam fontibus augeri potest.

Infelicissimi hujus adolescentis mentio habetur in lapide, qui cum aliis pluribus intra septa Mausolei Augusti ad Divi Caroli, non longe a porta Flaminia anno Ærae Vulg. MDCCLXXVII repertus fuit. Sic autem in eo legitur:

TI. CAESAR
DRVSI. CAESARIS. F
HIC. SITVS. EST

Ex Livilla, et Druso Tiberii Augusti filio genitus fratrem habuit gemellum in infantia mortuum. Ad imperii successionem a patruo una cum Cajo Caligula educatus, decedente Tiberio, a Cajo, qui imperium ex consensu Senatus sibi asseruerat, in filium adoptatur, moxque interficitur. Ejus gemellum fratrem Germanici nomen tulisse in sequenti nummo mox demonstrabo. Hunc ipsum Flav. Joseph. Antiq. lib. XVIII, cap. VI appellat Tiberium cognomine Gemellum. In aversae partis imagine, etsi nihil probatis detrimenti afferat, sive ea foret Augusti, vel imperantis Tiberii, non alium tamen quam Drusum patrem agnoscendum esse judico. Id enim non modo ex hactenus allatis sponte sua manat, et fluvit; sed praeterea lineamenta vultus, ad Augustum, vel imperantem Tiberium nihil attinent, ut ex comparatione facile constare poterit. Notanda denique in hoc n. Tib. Caes. nummo vestis lacinia ad pectus, quae puellarem aetatem indicat.

TIB. GER. CAESARES DRVSI IVN. F

ΤΙΒ ΓΕΡ Capita Tiberii, et Germanici Caesarum.
ΚΑΙΣΑΡΕΣ Drusi jun. se respicientia.
ΔΡΟΥΣΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΓΟΥΣΤΟΥ ΥΙΟΣ Caput Drusi Tib. fil. laureatum. Ær. 2. Tab. XIV. n. 31.

Alius, sed in area adversae partis hinc lituus, inde capeduncula. Ær. fere 1. vitiata epigraphe.

Alius, sed Ær. 3. in quo ΔP.... AVΓOVΣTOV YIOΣ.

Vaillantius, aliique legebant AVΓOVΣTOΣ, sed perperam, et contra nummi fidem. In primo enim nostro clarissime legitur, ut supra.

Drusus senior Liviae fil. Germanicus quidem, et Imperator dictus est, non vero Caesar, multo vero minus Augustus appellari poterat. Iste ergo Drusus Tiberii filius; Tiberius vero, et Germanicus ejus filii, quorum alter in infantia abreptus, alter a C. Caligula interfectus, ut paulo supra dictum est. Cl. Eckhelius Doctr. Num. T. VI pag. 205 merito reprobata Vaillantii lectione in nomine Drusi, ubi legit AVΓOVΣTOΣ, iis ipsis de causis, quas paulo ante innuimus, dubitat tamen de vera ejusdem adversae partis epigraphe, atque animadvertit hactenus editos labe non carere; nam in quo Morellius ex Museo Schvvarzburgico confidenter legit ΔPOVΣOΣ KAIΣAP AVΓOVΣTOV VIOΣ; in eodem tamen nummo Liebeum praeter... KAIΣAP AVΓOV.... nihil aliud certi vidisse; de aliis varias esse Eruditorum opiniones: in Musei denique Caesarei simili nummo praeter KAIΣAP perspicuum nihil esse. Hinc concludit *tutissimum esse omni de his nummis judicio abstinere, dum de certa anticae inscriptione denique constet*. Gaudeo igitur in duplici meo integram superesse epigraphen, sed praecipue in primo, deque ejusdem recta, et perspicua lectione dubitari non posse, quam dedimus supra. Quo posito confirmatur primo eadem lectio, quam Harduinus ejusdem nummi proposuit ad Plinium T. I. pag. 729. Secundo, quod maxime interest, certo jam definire licet in ipsa parte adversa imaginem Drusi junioris Tiberii filii exhiberi; in posteriori vero eas filiorum suorum, quos Livilla uxor gemellos ei pepererat.

Quod si legitur in anteriori parte ΑVΓΟVΣΤΟV tantum loco ΤΙ. ΑVΓΟVΣΤΟV, quamquam id imperito Artifici, ac rudi fabricae fortasse tribuendum, a qua profecti hujusmodi nummi; res tamen minime caret exemplis. In Thessalonicensium enim nummis habes supra de Tiberio ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟV; in iis Seleuciae cum annis imperantis Tiberii, et Seleucensium epochae ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟV, item ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟV tantum apud Sestin. Descript. N. V. p. 525. Quod idem occurrit in nummis Lampsacenorum, et Pergamenorum apud eundem p. 289, et 279, sic enim lego ΣΕΒΑΣΤΟV ΣΕΒΑΣΤΗΣ capita adversa Tiberii, et Juliae matris; in aversa vero parte ΠΕΡΓΑΜΗΝΟΙ ΘΕΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ: ipse Aug. in templo. Quod igitur licuit Pergamenis, aliisque Vrbibus, id etiam licuisse concedendum est huic Vrbi, quaecunque ea fuerit, ut viventem Tiberium solo Augusti nomine indigitaret. Sed hisce omissis illud pro certo statuendum, in quo etiam Eckhelius convenire debet, anterioris partis imaginem ad Drusum seniorem, qui nec Caesar extitit, neque ab Augusto adoptatus fuit, referri nullo modo posse. Igitur unum Drusum juniorem Tib. Augusti filium exprimat necesse est. Quod si ita est, concedas quoque oportet in posteriori parte nullos alios exhiberi praeter quam gemellos Drusi filios ex Livilla natos. Hos in nummo commatis romani cum epigraphe patris duplici cornucopiae impositos exprimi paulo ante jam diximus. Cum editus fuit nummus ille nullus erat superstes ex Familia Augusti, ut ex tribunic. potest. II Drusi infertur, quam iniit anno V. C. Varr. DCCLXXVI, qui fuit ei supremus. Germanicus Drusi senioris fil. jam obierat ante quadriennium. Reliquum est igitur, ut in eo nummo gemellos fratres Drusi jun. filios agnoscamus. Hinc factum etiam intelligere debemus, ut exterae quaedam Vrbes ad hujus nummi exemplum suos quoque ediderint cum capite Drusi patris in anteriori parte, et gemellorum fratrum in posteriori.

Praeter hunc, de quo agimus, alterum vide, qui immediate sequitur. Ex quo demum jure concludendum, horum geminorum fratrum nomina extitisse, quae in hisce nummis efferuntur ΤΙΒ ΓΕΡ *Tiberius* nempe, et *Germanicus*. Et quamvis nemo Historicorum veterum ex iis, qui ad nos pervenerunt, secundi gemelli fratris nomen prodiderit, ut Eckhelius loco citato obiectat, novit tamen ipse Cl. Vir nummorum subsidio plura tum nomina, tum facta suppleri, de quibus in historiis, quae supersunt, altum modo silentium. Sed haec difficultas, et alia quaelibet obiectio, quae Eckhelium movebant, ignorata hujus nummi recta anterioris partis lectione, eâdem modo in tuto posita, plane evanescunt. Exempla similium nummorum habes in Cajo, et Lucio sub Augusto, adversis capitibus saepe in nummis exhibitis, et mox sub Tiberio anno, quo supra DCCLXXVI, Sejani fraudibus, et Livillae uxoris sublato patre Druso, in nummis Neronis, et Drusi fratrum, Germanici Caes. filiorum, quorum extant non pauca in Coloniis percussa numismata, in quibus utriusque capita se respicientia occurrunt. Notandum denique in voce ΚΑΙΣΑΡΕΣ in primo, et tertio ex his literam Ρ ita scribi ꟼ.

ΤΙΒ. ΓΕΡ

ΚΑΙΣΑΡΕΣ Capita Tiberii, et Germanici Caesarum se respicientia.

Capra amalthea stans in medio laureae sine epigraphe: eidem in dorso flos loti, sive calantica assurgere videtur. Ær. 3. Tab. XIV. n. 32.

En tibi eximius alter nummus, qui nunc primum in lucem prodit cum imaginibus, ut in superioribus, sed loco Drusi in aversa cum caprae typo, quo mirifice confirmantur hactenus demonstrata. Nam quemadmodum in romani commatis numismate utrique Amaltheae cornui impositae cernuntur pueriles facies gemellorum Drusi ad foecunditatem, felicitatemque imperii designandam; ita in hoc

altero ipsa capra ad idem clarius exprimendum addita fuit, ex notissima fabula de Jovis nutrice in Ida Cretae. Illae igitur imagines, eaedem, quae in hoc nostro; igitur earum nomina eadem, quae huic ipsi adiecta. Hosce nummos in Cyrenaica inveniri mihi confirmat hic praesens Cl. Vir Cusinerius; sed iste in medio perforatus est, ut nummi Ptolemaeorum Ægypti. Notanda lit. P. ut in praecedentibus.

GERMANICVS CAESAR

ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΕΠΙ ΑΥΓΟΥΡΕΙΝΩ ΓΟΡΤ. Caput Germanici Caesaris laureat.

ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ Caput C. Caligulae laureat. Ær. 3.

Gortynii Cretae plures autonomos signarunt, pauciores ex imperialibus; hactenus enim iste, et duo alii Trajani, et Hadriani innotescunt.

ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΠΡΙΗΝΕΩΝ Caput Germanici Caesaris laureat.

ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ Caput Caji Caligulae laureat. Ær. 2. Tab. XIV. n. 33.

Prienes Joniae nummum alterum affert Vaillantius sub Valeriano sen. De eo enim sub Tiberio jure dubitat Eckhelius Descript. N. V. T. II p. 536. Iste igitur in pretio habendus, quod numerum augere incipiat, atque insuper Germanici, et Caligulae imagines exhibeat.

ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ Κ..... Caput Germanici sine laurea.

Τ Α

Ν Α idest *Tanagraeorum* Boeotiae. Apollo nudus stans, facie adversa, s. lauri ramum, d. lyram, vel arcum. Tres Ær. min.

De aversa parte nihil Vaillantius ad rem. Recte ab Eckhelio, et Pellerinio describitur. Vide alterum Trajani apud

laud. Pellerin. Pop. III p. 199; meum denique Commodi anecdotum inferius suo loco.

NVMMI COLONIARVM

G E R, in alio GERM. CAESAR PVLCHRO III VARIO II VIR Caput Germanici Caesaris laureatum.

C. CAESAR AVG GERMANICVS A. Caput C. Caligulae laureatum. Duplex Ær. 3.

Similem alterum vide paulo inferius in Caligula. Incerta est Colonia, a qua editi fuerint.

AGRIPPINA GERMANICI

ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΑΓΡΙΠΠΙΝΑΝ ΣΜ........... Capita Agrippinae stolatae, et Germanici adversa.

ΓΑΙΟΝ...... ΜΑΝ....... Caput Caligulae laureatum. Ær. 3. Tab. XIV. n. 34.

Nummum hunc praestantissimum, quamvis editum, hic delineatum exhibere placuit ob Agrippinae sen. imaginem, cum ea Germanici, eorumque filii C. Caes. Caligulae, quo Smyrnaei singulorum memoriam posteritati commendarunt. Supplendus nummus ex eo Vaillantii in Caligula ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΜΗΝΟΦΑΝΗΣ, et in aversa facie ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΕΠΙ ΑΟΥΙΟΛΑ.

NERO ET DRVSVS CAESARES GERMANICI FIL NVMM. COLON.

NERO ET DRVSVS CAESARES QVINQ C I V N C Idest *Col. Julia victrix Nova Carthago*. Capita Neronis, et Drusi Caesarum sine laurea, seque mutuo respicientia.

TI CAESAR DIVI AVG F. AVGVSTVS P. M Caput Tiberii nudum. Duplex Ær. 2.

Druso filio a Sejano, conscia uxore Livia, veneno sublato, Tiberius hos Germanici filios Senatui commendaverat, sed ejusdem Sejani insidiis circumventi diverso mortis genere a Tiberio ipso interficiuntur.

C. CAESAR CALIGVLA

ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ etc. Caput C. Caligulae laureat.

ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ etc. Caput Germanici Caesaris *sub Augurino Gortynii* Cretae. Ær. 3.

Vide similem in Germanico cum integra lectione.

ΓΑΙΩ Κ.... ΓЄΡΜ Caput C. Caligulae laureatum.

ΙΑ CV. ΚΛΗΤΟC *Iliensium Senatus*. Caput Senatus. Ær. min. Tab. XIV. n. 35.

In alio ejusdem Caligulae jam edito, stat Pallas in cippo media inter capita Romae, et Senatus.

ΓΑΙ... ΚΑΙCΑΡΑV... Caput Caligulae laureatum.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ Cammarus. Ær. min.

ΓΑΙΟΝ...... Α ΕΠΙΛΟVΘΑΑ Caput C. Caligulae laureat. v. d.

..... ΑΙΩΝ ΜΗΝΟΦΑΝΗΣ Victoria gradiens v. d. cum corolla, et hasta hum. s. imposita. Ær. 3.

Cl. Eckhel. D. N. V. T. II. p. 556 Vaillantium perstringit, quod in anteriori parte legisset ΛΟVΘΑΑ. et voces interpretaretur de *Lucio Thallo*, affirmans substituendum esse *sub Aviola*, ut in aliis ejusdem Smyrnae Caligulae dicatis. Verum illud certissimum est in nostro nunquam extitisse I medium inter utramque vocem, quod Eckhelii interpretationem excludit.

NVMMI COLONIARVM

C CAESAR AVGVST. Caput Caligulae sine laur. versus s.
...... AGRIPPA II VIR In area COR Pegasus volans.
Ær. fere 2. Tab. XIV n. 36.

Alius similis. Ær. 3.

CAIVS AESAR AVG Caput nudum v. d.
P. VIPSANIO AGRIPPA II VIR COR Pegasus volans.
Ær. 3.

CAIVS CAESAR AVG Caput nudum v. d.
M BELLIO PROCVLO II VIR COR Pegasus volans.
Ær. 3.

Agrippam, et Proculum II VIROS Corinthi offerunt etiam Antoniae nummi ejusdem Coloniae, apud Pellerin. Pop. Tom. II, pag. V, et in Catal. Theup. de Colon. Cum autem ea lectissima femina, Dione teste, tum primum a Caligula nepote *Augusta*, *et Sacerdos, Augusti* facta fuerit, consequens sane erit recitatos Duumviros ad imperantis Caligulae tempora referendos. Ac propterea statuendum quatuor a me descriptos nummos uni Cajo Caligulae assignandos esse. Hinc merito a Pellerinio, et a Morellio similes nummi huic Principi jam adscripti fuerant, quod tandem Eckhelius quoque agnovit in Antonia Doctr. N. V. Tom. VI. pag. 181, notatque a Patino, Vaillantio, Harduino, et ab Auctore Catalogi Theupoli haud recte Augusto assignatos fuisse. Mihi non omittendus hoc loco Arigonius, qui Ser. I, et III. de Coloniis, plures ex hujusmodi nummis delineatos exhibet, et in singulis epigraphen adversae partis sic proponit CAIVS CAESAR A. F, vel AVGVST. F; et ad Cajum Augusti filium refert; cujus tamen descriptio ex meis falsa evincitur, in quibus legitur AVGVST, vel AVGVS, vel tandem AVG, quin tamen alia litera addatur, vel ejusdem addendae spatium supersit, ut ex autographis clarius liquet. Addit insu-

per Arigon. Serie III. n. 20 alterum cum epigraphe L. CAESAR...... VS F sub Bellio Proculo II VIRO, qui tamen ex dictis de Antonia ita proculdubio emendandus, ut prima lit. esse debeat C, postrema autem T. Nostri itaque veram, rectamque lectionem confirmant, ac praeterea ostendunt quanta suspicione laboret Arigonius in suis nummorum iconismis. Integrum nomen CAIVS, licet in moneta commatis romani desideretur, tamen fere semper adhibetur in iis commatis peregrini, praesertim graece loquentibus.

C CAESAR AVG GERMANICVS Caput Caligulae laureat.
GER CAESAR PVLCHRO III VIR VARIO II VIR Caput Germanici laureatum. Ær. 3. Alterum vide supra.

CAESONIA AVG
NVMM. COLON.

.... ATEL. FLAC. CN. POM. FLAC. II VIR..... Supple ex editis Q. V. I. N. C Caput femineum, et utrinque lit. orizontal. SAL AVG.
C CAESAR AVG GERMANIC IMP..... COS Caput C. Caes. Caligulae laureatum. Ær. 2. Tab. XIV. n. 37.

Dum muliebrem imaginem in hoc nummo expressam intuemur statim menti occurrit eandem non ab aliquo Divinitatis simulacro deprompiam esse, sed vivam illustris cujusquam feminae speciem, et lineamenta referre. Quod confirmat coma capitis in eum modum composita, qui communis erat inter Matronas Romanas eo tempore, quo signatus fuit nummus iste. Qua propter jure merito statuendum videtur eam imaginem ad aliquam C. Caligulae uxorem designandam insculptam fuisse. De Livia Orestilla, et Lollia Paullina, quas initio imperii maritis suis abreptas sibi copulaverat Cajus, sed intra breve tempus repudiaverat, cogitare minime fas est. Superest itaque Caesonia, quam subinde ductam ardentius, et constanter amavit, in cujus

etiam conjugio ad ultimum vitae suae diem perseveravit, ad quam ea imago referri queat. Atque haec fuit Vaillantii opinio, quam deinde alii egregii Viri adoptarunt. Neque sane obiecta quae a praestantissimis Viris Florezio, et Eckhelio ad eam impugnandam proposita sunt, quidquam officere posse mihi videntur, ut ab illa recedamus. Obiiciunt illi Caesoniam anno tantum V. C. Varr. DCCXCII ad Caji nuptias pervenisse, quod ultro admittimus; sed dum illi affirmant simplices titulos trib. potestatis, et consulatus sine notis nummo adjectos *in primum Caligulae annum cadere*, argumentum afferunt negativum, ipsorum assertioni probandae minime idoneum. Quis enim nostrum ignorat in nummis Romanorum Principum cujuscunque generis, ut plurimum notas consulatus, et trib. pot. omitti, quamvis illi non ad prima imperii tempora, sed ad posteriora, et suprema quoque certo sint referendi. Mitto Lapidum exempla, mitto etiam ea numismatum ab egregio ipsius Eckhelii Opere saepissime repetenda. Vnum dicam, in nummis Coloniarum, de quorum genere modo sermonem habemus, id etiam frequentius accidere, ut unicuique praeclarum de Colon. librum Vaillantii evolventi facile constare potest.

Addit Eckhelius D. N. V. lib. VI pag. 223, et 230. *Titulum Germanici in nummis Caligulae* anno V. C. Varr. DCCXCII *desiisse, ac tum constanter jam legi titulum* PATRIS PATRIAE. Ne quid modo contendam de nummis Romae signatis, id falsum plane ostenditur de nummis Coloniarum, ac nominatim de iis Hispaniae Caligulae, de quibus quaestio. Vaill. in laud. de Colon. Libro edit. Parisiensis pag. 100, et seqq. tredecim describit nummos ejusd. Caji Caligulae. In omnibus, et singulis ab eo descriptis, inter quos et ille Caesoniae, nunquam abest titulus GERM, vel GERMANIC, GERMANICVS. Ergo ne omnes editi dicendi erunt anno primo imperii C. Caesaris? Sed accedit praeterea sex eorum ab una Caesaraugusta Colonia signatos fuisse sub di-

versis II VIRis *Titullo*, *et Montano*, *Scipione*, *et Montano*, denique in tribus cum totidem diversis typis sub *Liciniano*, *et Germano*. Pluralitas haec Duumvirûm probat sane singulos hosce nummos non uno, eodemque anno, eoque imperii primo Caji Caesaris signari potuisse. In ejusdem Coloniae nummis Germanici, et Agrippinae, a quibus genitus Caligula priorum nomina quoque occurrunt, sed nulla in iis *Liciniani*, et *Germani* mentio, sub quibus uberior numismatum copia, et numerus editus, ut vidimus. Jure itaque statuendum videtur posterioribus annis post primum imperii ab hac Colonia nummos Cajo dicatos fuisse, ideoque et Germanici titulum in Caligulae nummis locum etiam habuisse anno saltem V. C. Varr. DCCXCII. Et quamvis constet Coloniarum omnium Hispaniae sub Cajo finem habuisse, incertum tamen, quo anno potissimum id factum, atque ex dictis non injuria inferri posse arbitror, id demum post secundum imperantis Caji annum locum tantum habuisse. Atque haec sunt praecipua argumenta, quae me impellunt, ut Vaillantii potius opinionem amplectar, ea etiam de causa, quod si ab hoc nummo Caesoniae imaginem excludamus, idem quoque judicium ferendum esset de simili nummo Liviae Augusti apud Vaill. p. 54, totque aliis ejusdem, qui ibidem sub Pietatis, vel Justitiae titulis non confictam aliquam imaginem exhibent, sed in quibus vivis coloribus, et lineamentis Liviam ipsam intueri videmur.

TI . CLAVDIVS . AVG

ΚΛΑVΔΙΟΣ ΚΑΙCΑΡ. Caput Claudii laureat.

ЄΠΙ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΑΝΤΙΟΧ... In area linea recta .. ΙΖΑΝΙΤΩΝ *Aezanitarum* Phrygiae. Juppiter stans seminudus, d. aquilam, s. hastam. Ær. 3.

Legendum *sub Antiocho Antiochi filio*. In editis patris nomen omittitur. Idem sonat, ac si scriptum fuisset ЄΠΙ

ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΥΙΟΥ, quod in aliis nummis factum, ut mox in uno Cotiensium ipsius Claudii.

..... ΑΥΔ. ΚΑΙΣΑΡ Caput Claudii laureat.

ΑΙΖΑΝ..... Juppiter stans seminudus cum aquila in d., et cum hasta in sin. Ær. 3.

ΤΙ ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ Imp. laureat. loricatus, d. elata, s. scipionem cum aquila.

ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ Diana tauro vecta, velo explicato supra caput. Dupl. Ær. 2.

Caput Claudii sine laurea epigraphe detrita.

ΑΣΚΑ.. ΓΝ.. Semiramis cum attributis. Ær. 2.

Necessario supplendum ΓΝΡ. Vide de eo in lib. n. de Epochis.

ΘΕΟΓΑΜΙΑ Capita se respicientia Claudii, et Agrippinae, illud quidem laureat., hoc vero cum stola ad pectus.

..ΦΕ CΙΑ Diana Ephesia ex adverso stans, utraque manu fulcris innixa. Ær. 2. Vide illum in fronte Numism. Imperialium.

Ex adiecta utrique capiti voce ΘΕΟΓΑΜΙΑ patet novo, et inaudito hactenus assentationis genere designari incestas Claudii nuptias cum Agrippina, ac si inter Divos celebratae fuissent. De coelestibus quidem habemus exempla: primum ex Polluce, qui Onom. Lib. I memorat Κόρης παρὰ Σικελιώταις ΘΕΟΓΑΜΙΑ, hoc est *festos dies*, *qui apud Siculos peragebantur in honorem nuptiarum Plutonis*, *et Proserpinae*, quae ex Sicilia ab eo rapta fuerat. Praeterea in praeclaro numismate Nysaeorum Cariae Valeriano imperante signato, in cujus aversa parte exhibetur urna cum palmis, supra quam scriptum ΘΕΟΓΑΜΙΑ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΑ, quibus sane vocibus, et symbolis clare exprimitur festa, et certamina ibidem instituta fuisse ad epithalamia Plutonis, et Proserpinae pariter honoranda, quorum numinum maximus erat cultus apud Nysaenses, ut eorum nummi testantur, tum etiam lucus, et templum Πλούτωνος τε καὶ Κόρης, de quibus

L

apud eam Vrbem mentionem facit Strabo lib. XIV. Denique apud Hesychium simile memoratur exemplum de festo in honorem Jovis, et Junonis peracto ob sacras ipsorum nuptias, de quo erudita extat Sphanemii epistola ad Morellium. Ephesii itaque divina falsorum numinum cum humanis comparantes, ut saepe aliis argumentis, in hoc nummo ad conciliandam sibi Claudii, et Agrippinae impotentis feminae benevolentiam, ea voce ΘΕΟΓΑΜΙΑ utriusque incestum conjugium honorandum decreverunt.' Quantum vero irridendum sit hoc assentationis genus, docet festivus, Senecae libellus, qui iuscribitur *Apocolocyntosis*, hoc est de Claudii post vitae exitum inter Deos adscriptione.

Capita Claudii cum laurea, et Agrippinae jugata, sine epigraphe.

Cervus erectus stans. Supra ΚΟΥΣΙ ⚴ Δ Intra pedes
ΝΙΟΣ
cervi ΕΦΕ. Ær. 3. Tab. XIV. n. 38.

Quamvis nummi graeci non semper certa offerant argumenta de Imperatorum imaginibus, in hoc tamen tam viva, et expressa sunt Claudii lineamenta, ut nulla oriri queat dubitatio. Cusinius itaque, qui se IV magistratu fungentem scribit ΤΟ Δ, et Claudio, tum Agrippinae nummum hunc dicasse testatur, non potuit idem praestare Augusto, et Liviae, nec postea Trajano, et Plotinae. Similes igitur nummi apud Pellerin. Mel. II pag. 10, apud Vaill. sub Augusto pag. 3; denique apud Sestin. T. IV. Epist., et Eckhel. D. N. Vet. T. II pag. 518, et seq. uni Claudio restituendi. Quod factum jam video a Cl. Sestinio Descript. N. V. p. 327.

Caput Ti. Claudii, sine epigraphe.

ΚΑΝ....... ΒΙΡ, idest ΚΑΝΩΘΗΝΩΝ *Canothensium* Anno CXII. Protome Vrbis turrita. Ær. 3.

Canatha Vrbs Decapolitanae Syriae. Nummus similis alteri apud Peller. T. VI. p. 25, ex quibus emendandus praeter Tristanum, et Morellium, Vaillantius quoque, qui legit

ΡΑΜΑΘΗΝΩΝ, loco ΚΑΝΑΤΗΝΩΝ, vel ΚΑΝΩΘΗΝΩΝ. Vide de hisce notis in Lib. II. de Epochis.

ΚΟΤΙΑΕΙΣ ΚΛ...... ΑΡΑ Caput Claudii laureatum. Supple *Claudium Caes. honorant*.

ΕΠΙ ΟΥΑΡΟΥ ΥΙΟΥ ΠΟΛΕΩΣ Juppiter nudus stans barba rigenti, et laurea in capite ornat. d. elata, s. demissa. Ær. 3.

Aversam nummi partem interpretantur Haymius, Pellerin., postremo Eckhelius de *Varo filio Civitatis*. Novum id mihi, et inauditum accidit, dum singula quaeque consulo vetustatis monumenta, Lapides potissimum, in quibus saepissime Viri illustres, atque Athletae presertim in Olympicis victores, dum ab una, vel pluribus Civitatibus patriae suae adscriberentur, non filii vocabantur, sed ΑΘΗΝΑΙΟΣ, ΑΠΑΜΕΥΣ, ΚΟΡΙΝΘΙΟΣ, ΣΜΥΡΝΑΙΟΣ etc. Varus, quem Cotiensem civem extitisse non dubito, quomodo in filium etiam patriae suae adoptari potuerit haud intelligo. Vox ΥΙΟΥ tam in nummis, quam in caeteris omnis generis monumentis semper postponitur nomini, quod praecedit, non vero anteponitur. E. g. ΑΥΓΟΥΣΤΟΥ ΥΙΟΣ, ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΥΙΟΣ, ΖΗΝΩΝΟΣ ΖΗΝΩΝ ΥΙΟΣ, ut omittam alia id genus sexcenta exempla, in quibus nunquam praemittitur ΥΙΟΣ ΑΥΓΟΥΣΤΟΥ, ΖΗΝΩΝ ΥΙΟΣ ΖΗΝΩΝΟΣ etc. Si in hoc nummo, aliisque similibus, vox ΥΙΟΣ subsequeretur vocem ΠΟΛΕΩΣ nullum superesset dubium de epigraphe interpretanda, sicut praeclarissimis Viris visum fuerat; sed aliter se res habet. Itaque non injuria coniicere fas esse puto vocem ΥΙΟΣ ad nomen magistratus, quod praecedit esse referendam; ita ut subintelligere oporteat filium nomen tulisse patris sui, ac si scriptum fuisset ΕΠΙ ΟΥΑΡΟΥ ΟΥΑΡΟΥ ΥΙΟΥ, idque factum ad repetitionem ejusdem nominis vitandam, quae sane superflua, dum dicitur *Varus filius*. ΕΠΙ ΟΥΑΡΟΥ ΥΙΟΥ. Nam etsi non semel scriptum videamus in nummis idem patris, filiique nomen, ut paulo ante ΕΠΙ ΑΝΤΙΟΧΟΥ

ANTIOX. in nummo Aezanitar. ΖΗΝΩΝΩΣ ΖΗΝΩΝ ΥΙΟΣ, ΠΥΘΗΣ ΠΙΘΟΥ etc. pariter etiam scriptum invenimus ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΥΙΟΣ, ΕΠΙ ΙΟΥ ΚΟΔΡΑΤΟΥ ΥΙΟΥ etc. Quod autem in allatis exemplis, in quibus simplex vox ΥΙΟΣ additur, referenda jure videatur ad nomen patris, quod praecedit, non ad Vrbem, quae subsequitur, argumento insuper mihi est integra inscriptio nummi Haymiani Parte II Tab. XXVIII 6. Sic enim se habet ΖΗΝΩΝΩΣ ΖΗΝΩΝ ΥΙΟΣ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΖΜΥΡΝΑΙΩΝ: Binae mulieres hastatae dextras jungunt. Designatur profecto in hoc integerrimo nummo, ut idem Haymius testatur, concordia Smyrnam inter, et Laodiceam, expressis insuper notis dicitur *Zenon filius Zenonis*. Quis ergo in hoc nummo certa ratione statuere poterit vocem ΥΙΟΣ interpretandam esse de filio duarum Vrbium Laodiceae, et Smyrnae, potius quam, ut rectus ordo, et obvius sensus postulat de Zenone Zenonis filio? Mea quidem sententia, ut concordiae nomen subintelligendum, ΟΜΟΝΟΙΑ nempe utriusque Vrbis, ita vox ΥΙΟΣ jungenda cum eo nomine, quod praecedit, ac nominandi pariter casu illi jungitur ΖΗΝΩΝ ΥΙΟΣ *Zenon* videlicet *filius*. Idem autem dicito de altera pariter integra epigraphe apud Eckhel. D. N. V. T. III p. 148 in nummo Otaciliae ΕΠΙ ΙΟΥ ΚΟΔΡΑΤΟΥ ΥΙΟΥ ΙΠΠ ΑΡΧ ΚΟΤΙΑΕΩΝ *Sub Julio Codrato filio Equestris Ordinis Archonte Cotiaensium*. Literalis enim, et proprius sensus juxta communem loquendi, scribendique morem requirit, ut vox ΥΙΟΥ explicetur de Cordato filio ejusdem nominis cum patre, non autem de filio Cotiaensium, quemadmodum nec ΙΠΠΙΚΟΥ vox ad Cotiaenses, sed ad ipsum Cordatum refertur, nam ejus unice peculiarem honorem exprimit, quo inter equites Romanos adscribi promeruerat.

Vocem itaque ΠΟΛΕΩΣ, ut jam concludam, positam fuisse arbitror, quod jam in anteriori parte nomen proprium Vrbis esset inscriptum, eaque designari voluisse Cordatum extitisse *Archontem Vrbis*, nempe Cotiaensium. Nam etsi

absit nomen Archontis, ut in aliis quamplurimis nummis, semper subintelligitur dignitas magistratus. Video autem cum in anteriori parte omittitur vox ΚΟΤΙΑΕΩΝ, eandem addi in posteriori, omissa tunc voce ΠΟΛΕΩΣ, et sub eodem quidem Varo apud laud. Haym. Parte II pag. 233, ubi sic lego: ΑΓΡΙΠΠΙΝΑΝ ΣΕΒΑΣΤΗΝ Caput Agrippinae.

In aversa vero:

ΚΟΤΙΑΕΩΝ ΕΠΙ ΟΥΑΡΟΥ ΥΟΥ *Cotiaensium sub Varo filio*, nempe *colit*, ut idem Haymius explicat. Sed videndum schema ipsum Tab. XXVIII num. 2, ubi initium vocis ΚΟΤΙΑΕΩΝ tanto intervallo sejungitur a voce ΥΙΟΥ, ut suspicari nequeat aliter, atque alio ordine legendum esse, quam ut supra. Quid porro luculentius hoc exemplo desiderari potest, ut pateat vocem ΥΙΟΥ non ad Vrbem sed ad Varum Vari filium designandum positam fuisse?

...... DIVS CAESAR AVG P. M...... Caput Claudii laureat.

ΚΟΙΝΟΝ
ΚΥΠΡΙ in laurea.
ΩΝ Ær. 2.

Excidit Eckhelio D. N. V. T. III p. 84 scribenti: Imperatorios Cypri nummos *cum epigraphe graeca esse a Claudio ad Macrinum*. Hic enim est bilinguis, ut caeteri hactenus editi apud Peller. Suppl. IV p. 3, et in Catal. Theupol. nec mihi compertus quisquam Claudii, vel etiam Neronis cum graeca inscriptione ex parte capitis. Hujus generis primi, qui mihi innotescunt, sunt Galbae jam editi a pluribus. Vide inferius nostrum cum anno II: ЄΤΟΥϹ· Β ad methodum probandam, qua uterentur Cyprii pro annis imperii Principum Romanorum ex Neomenia ipsorum anni civilis iterandis aptissimum.

ꟻΛΑΥΔΙΟΥ ꟻΑΙϹΑ... ΝЄΟΙϹ Caput Claudii laureatum.

ЄΠΙ ΛΑΚΩΝΟϹ. Dioscurorum pilei cum astris superne. Ær. 2.

Similem profert Arigonius Imp. Tab. II, cui subirascor, quod anteriorem partem omiserit, ex ea enim certa ratione suppleri, fortasse potuisset integra capitis epigraphe, quae in hoc nostro ambigua manet ob tres postremas lit. quae clare leguntur, sed praecedentes vetustate labefactatae sunt. Mihi tamen ex vestigiis legendum videtur ΝЄΟΙϹ, et apte quidem, rectoque in sensu, si capitis epigraphen cum aversae typo jungamus. Eo enim pacto visi sunt Lacedaemones significare voluisse gratulari se novis Dioscuris Britannico, et Neroni Claudii filiis post secundi adoptionem. Nummi magis integri rem deinceps certius definire poterunt. Notanda interim forma lit. ⊧ pro Κ, cujus exemplum dedimus jam in nummo Vlyssis patriae suae Ithacae, quem vide suo loco inter autonomos. Haynius Parte II. Tab. XVIII fig. 111 sub eodem Lacone, et capite Jovis in anteriori parte, in aversa nummi bina exhibet capita simul juncta; quae juvenilia, sine astris supra caput, ut visuntur in praecedenti nummo fig. 2. Verisimile mihi videtur utroque capite pariter Neronem, et Britannicum designari.

...... ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚ... Caput Claudii Aug. sine laurea.

Λ ΜΙΝΔΙΟΣ ΒΑΛΒΟΣ ΑΝΘΥΠΑΤΟΣ. *Lucius Mindius Balbus Procos.* In medio areae: monogramma ΑΕ Nicaeensium, vel Nicomediensium, sed priorem lectionem praefero. Ær. 3.

In altero apud D. Alexandrum Recupero sic legitur.

ΤΙ ΚΛΑV ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΠΑΤΗΡ ΠΑΤΡΙΔΟΣ Caput Claudii laureatum.

In aversa vero parte in medio civicae coronae.

ΕΠΙ
ΜΙΝΔΙΟV
ΒΑΛΒΟV ΑΝ
ΘVΠΑΤΟV ΜΗ

ΤΡΟΠΟΛΕΩΣ

ΛΕ Θ

Confirmat superior lectionem praenominis Lucii Auli loco, ut Vaillantio visum fuerat; iste vero probat ob metropolis titulum Nicomedienses quoque Mindii Balbi procos. in suis nummis mentionem fecisse.

NVMMI AEGYPTII

ΤΙ. ΚΛΑΥ ΚΑΙ ..... Caput Claudii laureatum, ante quod astrum.

ΑΥΤΟΚΡΑ L R An. 2 Hippopotamus. Ær. 2.

ΤΙ ΚΛΑΥ ΚΑΙ ...... Caput Claudii laureat. ante in area stella.

ΑΥΤΟΚΡΑ L R Anno II Bos cornupeta. Ær. 2.

ΤΙ ΚΛΑΥ ΚΑΙ CЄΒΑC ΓЄΡΜ Caput Claudii laureatum.

ΑΥΤΟΚΡΑ L R Bos cornupeta. Ær. 3.

Nota R, tam in nummo cum Hippopotami typo, quam in istis cum bove cornupeta, ita aperta exhibetur, ut pro numero VI accipi posse videatur, quod praestantissimo Pellerinio ansam praebuisse arbitror, ut in Augusti nummo, in quo notae apparent L MR, eas non de anno XLII, sed de XLVI interpretandas putaret, repugnante tamen ipsa ratione temporum. Isti addendi Catal. Zoegae cum seqq.

ΤΙ ΚΛΑΥ etc. ut in superiori.

L Γ Victoria gradiens, d. coronam, s. palmam.

ΤΙ ΚΛΑΥ ΚΑΙΣ ...... Caput Claudii laureatum.

ΑΥΤΟΚΡΑ in ambitu L Γ in area. Fasciculus sex spicarum. Ær. 2.

... ΑΥ ΚΑΙ CЄΒΑC .... Caput Claudii laureatum. Ante pectus in area astrum.

ΑΥΤΟΚΡΑ L Δ An. IV Hippopotamus. Ær. 2.

...... CЄΒΑC ΓЄΡ Caput Claudii laureatum v. dex.

ΑVΤΟΚΡΑ L ΙΔ Tria papavera intermediis duabus spicis e manu clausa emergentia. Ær. 3.

Annus iste postremus est, qui in nummis Claudii Alexandrinis hactenus se conspiciendum praebeat. Ab iis tamen signari quoque potuisset An. XV. L ΙΕ. Nam die XXVIII Augusti Anni V. C. Varr. DCCCVII ex methodo Egyptiaca exierat annus imperii Claudii XIV, initio facto ab die VIII Kal. Februarii An. V. C. Varr. DCCXCIV, quo milites primum in Claudii nomen juraverant. Idem vero Claudius syderibus receptus fuit, adjuvante Agrippina a. d. III. Id. Octobris anni s. s. V. C. DCCCVII. Anni quoque Augusti, et Tiberii postremi, qui cum methodo Egyptiaca comparari queant in ipsorum nummis nondum detecti.

TI CLA GER CAES Caput Claudii laureatum.

D. D. Taurus dimidio corpore in aquis mersus. Ær. 3.

Vaill. de Colon. in Claudio taurum in aquis exhibet sub Colonia Babba, quem etiam de Jove Europae raptore interpretatur. In hoc nostro dimidium, tantum corpus se conspiciendum praebet, et abest Coloniae nomen. Cl. Sestin. tamen hunc ipsum edidit Descript. N. V. p. 564, eumque Babbae Mauretaniae Col. adscribit.

CLAVD CAESAR... Caput Claudii laureatum.

GEN. PVBL D D Mulier stolata stans, d. pateram, sin. cornucopiae. Ær. 2.

Colonia incerta. Similem figuram aversae partis vide paulo infra in Agrippina Neronis, et apud Vaill., et Arigonium in Antonino Pio, ubi C. L. I. COR.

MESSALINA AVG CLAVDII VXOR

..ΕΣΣΑΛΕΙΝΑ ΣΕΒΑΣΤ.... ΕΑ ΗΡΑ Caput Messalinae venusta facie, comptisque elegantiorem in modum capillis ad d.

Γ. ΚΑΔ... ΡΟVΦΟV ΑΝΘV...ΟV ΠΑΤΡΩΝ. In area duplex monogramma. Caput puerile nudum ad s. Ær. I. Tab. XV. n. 39.

Legendum in anteriori parte *Messalina Augusta Nova Juno*. In aversa vero ΕΠΙ Γ. ΚΑΔΙΟV ΡΟΦΟV ΑΝΘΥΠΑΤΟV ΠΑΤΡΩΝΟΣ. *Sub C. Cadio Rufo proconsule patrono*. Monogrammata in area pertinent ad Nicomediam Metropolim Bithyniae, vel ad Nicaeam, utrique enim convenire possunt. Vide in schemate.

Id habet peculiare insignis iste nummus, quod Messalinae non modo Augustae; sed etiam Britannici imaginem referre videatur, cum in aliis hactenus editis sub eodem Cadio Proconsule cum capite Messalinae, vel Claudii, in aversa parte exhibeatur aedificium, quo spatiosa porticus expressa cernitur. De Cadio Proconsule Bithyniae, et de titulo Patroni plura erudite animadvertit Eckhelius in Catal. Vindob., tum de Num. Vet. pag. 186, tandem Doctr. Num. Tom. II pag. 402. Ac solide refellit eorum opinionem, qui vocem ΠΑΤΡΩΝ de Patris Achajae interpretabantur. Nam apud Vaillantium, et Pellerinium extant nummi Claudii, in quibus haec integra habetur epigraphe ΕΠΙ ΦΙΡΜΟV ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ ΠΑΤΡΩΝΟΣ ΤΗΣ ΜΗΤΡ. ΝΙΚΟΜ etc. ut alia mittam exempla, quae ibidem ab egregio viro afferuntur. Etiam in hoc nostro nummo legitur ΠΑΤΡΩΝ..... Tacitus vero Annal. XII. 22. testis est Cadium Rufum fuisse Bithyniae Proconsulem, haec scribens: *Damnatus, et lege repetundarum Cadius Rufus accusantibus Bithynis*. Non igitur hoc in nummo de Patris Achajae mentio habetur. Nummi omnes Ægyptii Messalinae, qui usque ad annum VI Claudii perveniunt, Augustae titulo carent; habent enim ΜΕΣΣΑΛΙΝΑ ΚΑΙΣ ΣΕΒΑΣ, nempe *Messalina Caesaris Augusti*. Caeteri vero omnes Graecarum Vrbium, vel Coloniarum Augustae nomen adjectum semper exhibent. Vtrum ex silentio monetae Ægyptiae jure inferre liceat cum Eckhelio

Messalinam nonnisi sero in Augustae titulum involasse, valde dubito. Nummi enim Ægyptii supremum fere tempus, quo Messalina neci tradita fuit attingunt, quod eidem contigit anno V. C. Varr. DCCCI ex Tacito Annal. Qui fieri ergo potest, ut nulli aliarum Vrbium sine eo titulo cusi fuerint, aut certe ad nos pervenerint? Britannicum primo imperii tempore natum esse ex Tacit., et Svet. clare infertur; damnationem vero Cadii Rufi cit. Annal. auctor Tacitus refert ad annum V. C. Varr. DCCCII. Itaque optime conciliatur tempus, quo eximius iste nummus in Bithynia emitti potuerit Proconsule Cadio Rufo, ac vivente Messalina cum Britannico, quem ante Octaviam marito suo Claudio genuerat. Cum autem ex Dione lib. LX constet Senatum post Britannicam expeditionem, a qua Claudius Romam victor, et triumphator regressus fuerat anno V. C. Varr. DCCXCVI eum appellasse Britannicum, idemque cognomen filio suo Claudium tribuisse, ut proprio velut nomine Britannicus appellaretur; hinc sequitur nonnisi post id temporis nomen Britannici in nummis Graecarum Vrbium inscribi coepisse. Quid ergo si nummus iste primis ejus infantiae annis editus fuerit? Et quamvis Claudius pater referente Dione eodem lib. LX, hoc nato sibi filio, cui nomen Ti Claudii Germ. inditum fuerat, nihil splendide egerit; ac neque ei Augusti, neque Messalinae Augustae titulum dari passus sit, nil obstare arbitror, quin Messalina aliquem post annum id consecuta fuerit, ac propterea Nicaea, vel Bithyniae Metropolis Nicomedia ad benevolentiam sibi conciliandam, haud equidem inusitato apud Graecos assentationis genere, Messalinae matri praeter titulum *Augustae*, *et illud novae Junonis* addere potuerit; tum imperii haeredis imaginem, praetermisso ejus nomine, in aversa parte expressam exhibere. Cl. Sestinius hoc ipsum numisma affert Descript. N. V. p. 258, idemque suspensus haeret utrum Nicomediae, an

Nicaeae sit adscribendus. Monogrammata enim ut dictum est supra utrique Vrbi ex aequo aptari possunt.

NVMMI AEGYPTII

ΜΕΣΣΑΛΙΝΑ ΚΑΙΣ ΣΕΒΑΣ Eadem stolata, et velata stans, d. duas icunculas gestat, s. vestem elevat, cubitoque columellae innixa duas spicas retinet. In area lituus.

ΤΙ ΚΛΑΥΔΙ ΚΑΙΣ ΣΕΒΑ ΓΕΡΜ...., L Γ. Caput Ti. Claudii laureatum. Arg. 2.

Alius, sed sine lituo, et cum integra epigraphe ΓΕΡΜΑΝΙ ΑΥΤΟΚΡ. L Δ. Arg. 2.

ΜΕΣΣΑΛΙΝΑ ΚΑΙΣ ΣΕΒΑΣ Eadem Messalina sub Cereris figura, ut in superioribus.

Caput Claudii etc. ut supra L ς Anno VI. Arg. 2.

Miror, quod hujusmodi Ægyptiorum moneta desinat in annum sextum, qui ex eorum methodo finem habuit die XXIIX Augusti anni V. C. Varr. DCCXCIX, cum Messalina adhuc per biennium supervixerit ex Svetonio, Tacito et Dione. Icunculas, quas Messalina extenta dextra ostentat ad ejus liberos Britannicum, et Octaviam referendos esse in comperto est. Ac merito Eckhelius Tom. VI Doctr. Num. pag. 252 de nummo Begeri cum L A dubitat. Nam Octavia anno I Claudii Ægyptiaco nasci non potuit. Notandum tamen ante Galbam nondum constare ex nummis de hac methodo adhibita.

NVMMI COLONIARVM

..... RIA MESSALINA AVG CYTHER.... Supple CYTHERONTE II VIR. Caput Messalinae Aug.

TI CLAVDIVS..... AVG GERMAN... Caput Claudii sine laurea. Ær. 3.

Vide Vaillantium de Coloniis, ubi probabili argumento docet hunc nummum ad Col. Corinthi referendum.

BRITANNICVS CLAVDII ET MESSALINAE F

ΒΡЄΤΑΝ ΘЄϹϹΑΛΟΝΙΚ. Caput nudum Britannici.

...... ΑΡ ΓЄΡΜΑ Caput Claudii sine laurea. Supple *Claud. Caes. Germ.* Ær. 2. Tab. XV. num. 40.

In caeteris editis nomen Vrbis integre scribitur, iste diversus probat Thessalonicenses non paucos in hujus infelicissimi Caesaris honorem edidisse, qui omnes singularis raritatis.

ΚΛΑV ΒΡΕΤΑΝΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣ Caput puerile Britannici nudum v. s.

ΙΛΙΕΩΝ Figura muliebris stolata stans, d. malleum, s. sceptrum oblongum superne in ramum bifidum desinens. Ær. 2. Nunc Mus. Sereniss. Stanislai de Poniatoschi horum studiorum eximii cultoris, et patroni.

Nummus elegantissimus, quem delineatum vide in fine hujus Libri.

Alios haec Vrbs, ex qua Romana progenies Caesarum originem suam se ducere gloriabatur, Britannico nummos dicavit. In eo Pellerinii Mel. II. pag. 27 ad caput Britannici legitur ΤΙ ΚΛΑVΔΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ ΒΡЄΤΑΝΝΙΚΟϹ; quo *Claudii* lectio confirmatur. Alium etiam cum capite adverso Neronis Caes. affert Vaillant. de Num. Graec. Peculiaris in nostro typus mulieris stolatae stantis cum malleo in d, et cum sceptro in s. de quo apte Ovid. Amor. Eleg. 1.

Laeva manus sceptrum late regale tenebat.

Similem fere vide in autonomo Vrbis Mitylenes Tab. IX num. 76. Ea figura Messalinam designari putaverim sub Cabiridis forma ob malleum, quem d. gestat, ut in nummis Thessalonicensium Cabiro saepe additum cernitur. Sub ejusdem indumenti forma depictam videmus Messalinam in ejus

nummis Ægyptiis, si velum excipias. De Cabirorum cultu, qui ab Hebraico nomine Dii ΜΕΓΑΛΟΙ, ΘΕΟΙ ΔΥΝΑΤΟΙ appellabantur; de Faustina jun., quae ex Graecorum assentatione inter Cabirides adscribi meruit, consulendi praesertim nummi, eorumque praeclara illustratio, quam affert Pellerinius Mel. I. p. 77. et seqq. Additum Messalinae sceptrum coniicere fas est, quod ea imperii haeredem Britannicum in ipsis suscepti principatus auspiciis, toto Orbe plaudente, Claudio suo genuisset. Ilienses etiam Dei Mensis figuram in nummis Faustinae junior., et Ganimedis cum pileo phrygio in iis Commodi, et Getae ediderunt, ut ex Vaillantio, aliisque Numismaticis constat.

BRITANNICVS ET NERO CAES

ΒΡΕΤΑΝ ΝΕΡΩΝ ΚΑΙ. Capita adversa Britannici, et Neronis sine laurea.

ΑΣ.. ΙΩΝ, idest ΑΣΣΙΩΝ. Gryphus jacens. Ær. 3. Tab. XV. n. 41.

Alium ab Vrbe Asso Agrippinae, et Claudio dicatum exhibet Pellerin. Mel. II. Tab. XXV. fig. 17. Tertium pariter cum ejusdem Agrippinae, et Neronis imagine merito huic Vrbi vindicat Cl. Sestinius Descript. N. Vet. pag. 274. Singuli eundem gryphum jacentem offerunt, qui erat proprius Vrbis Assi typus. Praestantior caeteris hic noster, quod Britannici imaginem contineat. Assus ad sinum Adramytenum sita, a quibusdam Aeolidi, ab aliis vero Mysiae adscribitur. Editus nummus postquam Messalina Britannici matre neci tradita, Julia Agrippina Germanico nata ad incestas nuptias a Claudio admissa, maritum impulit, ut L. Domitium filium suum ex Aenobarbo susceptum in filium sibi adoptaret. Praestat autem hoc loco diligentius inquirere quo anno Britannicus in lucem editus fuerit, ut quae ad ipsius aetatem, simulque Neronis spectant bono in lumine collocen-

tur, et sphalmata quaedam, quae in libros Taciti, et Svetonii irrepserunt emendentur.

Tacitus Annal. XI. c. 15. sub ineuntem annum V. C. Varr. DCCCVIII scribit propinquum fuisse diem, quo Britannicus annum aetatis XIV explebat. Addit idem Tacitus Annal. XIV. c. 60. Octaviam ex eodem Claudio, et Messalina genitam, a quibus et Britannicus, annos natam XX, ex sectis venis mori jussam fuisse; ex quo sequitur ejus diem natalem incidere debuisse in annum V. C. Varr. DCCXCV. Notandum enim, quod habet Sveton. in Nerone cap. 57, Octaviam nempe interfectam fuisse eodem die, quo post sexennium idem Nero sibi in guttur ferrum adegit. Id contigisse certo constat anno V. C. Varr. DCCCXXI, die XXI Junii; consequitur ergo Octaviam interiisse anno V. C. Varr. DCCCXV, natam vero anno DCCXCV. Ex quibus illud sponte sua manat, et fluit Britannicum, qui ex primo Taciti allato testimonio, ineunte anno V. C. Varr. DCCCVIII in proximo erat, ut expleret annum aetatis suae XIV, natum fuisse anno V. C. Varr. DCCXCIV. Consentit Svetonius in Claud. cap. 27, subjungens editum in lucem fuisse *vigesimo imperii die*. Cum autem exploratum, compertumque habeamus interfecto C. Caligula a. d. IX Kal. Februarii An. V. C. Varr. DCCXCIV, postridie ejus diei Claudium consentientibus Senatu, ac militibus ad imperium evectum fuisse; hinc patet natalem diem Britannici ad annum suprascriptum, diemque pridie, vel ipsis Idibus Februarii esse referendum.

Hisce calculis repugnare videtur idem Svetonius, qui cit. loco *vigesimo imperii die* natum Britannicum affirmans, subdit: *inque secundo Claudii patris sui consulatu*; consul autem II processit Claudius Kalend. Januarii A. V. C. Varr. DCCXCV. Sed vide expeditam solutionem in seq. nummo. Emendandus hoc loco potius Tacitus, apud quem Annalium libro XII c. 27, scriptum legimus: Neronem biennio tan-

tum majorem natu fuisse Britannico: quae cum ipsius Taciti calculis, tum cum veritate historiae pugnant. Nam, ut scribit Svetonius in ejus vita, idque confirmant innumera vetustatis monumenta, Nero Antii nascitur post IX menses, quam Tiberius excesserat XVIII Kal. Januarias. Annus emortualis Tiberii notatur in Fastis Cn. Acerronio, et Pontio Nigrino Coss. V. C. Varr. DCCXC. Britannicus nascitur inito jam a Claudio principatu; igitur A. V. C. Varr. DCCXCIV, quo Caligula mense Febr. interiit. Hinc triennium saltem exactum intercessit inter utriusque annum, diemque natalitium. Idem autem confirmat non uno in loco Tacitus ipse, ut initio anni DCCCVI Annal. XII. 58, ubi scribit Neronem tum annos natum XVI fuisse, et in fine anni V. C. Varr. DCCCVII Annal. XIII. 6. subdit eundem vix XVII annos egressum. Quae quidem vera esse nequeunt, nisi ipsius Neronis ortus ad annum suprascriptum V. C. Varr. DCCXC referatur. At vero jam vidimus ab eodem Tacito conjungi annum Britannici XIV expletum cum ineunte anno V. C. Varr. DCCCVIII. Eodem ergo auctore emendandus locus, de quo sermo est, ne eundem sibi ipsi minime constitisse asseramus, Neronem nempe triennio exacto natu majorem extitisse Britannico. Quod si Svetonius de consulatu II jam inito intelligendus foret, quadriennio insuper dicendus esset Nero major aetate Britannici; praeterea turbanda omnia, quae de Octaviae ortu, et aetate certo constant.

Apud Pellerin. Mel. I. pag. 96 Tab. I. N. I exhibetur nummus Britannici Caes., et Neronis Caesaris, cum typo palmae arboris, clypeisque decussatis, et anno L IΔ, *anno* XIV. Adoptionem Neronis a Claudio factam ex Svet. Dione, et Tacito consentientibus nummis latinis incidisse constat in ann. V. C. Varr. DCCCIII. Atque post id temporis nummos percussos intelligere oportet, qui utriusque Caesaris imagines referunt, qualis est iste ab Asso Vrbe signatus. Annus XIV in Judaico nummo computandus ab auspi-

ciis imperii Claudii, ac more quidem apud Hebraeos recepto a mense Nisan praecedenti. Hinc sequitur notas suprascriptas coepisse ineunte vere anni V. C. Varr. DCCCVI, in exitu vero fuisse eodem revertente vere insequentis anni DCCCVII. Quod innuere placuit, ut pateat eas notas revera non complecti postremum annum principatus Claudii, ut Pellerinius ibidem computat, sed nummos quoque emitti potuisse cum notis L IЄ, quae utique postremum vivendi, simulque imperandi tempus Tib. Claudii attigissent; nam, ut nemo nescit, Claudii interitus incidit in a. d. III Id. Octobris anni suprascripti V. C. Varr. DCCCVII. Extat etiam in Mus. Caes. Vindob. nummus Judaicus, in quo ΙΟVΛΙΑ ΑΓΡΙΠΠΙΝΑ intra lauream, et in aversa parte, in qua binae spicae decussatae: ΤΙ ΚΛΑVΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜ L ΙΔ.

ΣΜV Caput puerile nudum cum praetexta ad pectus v. d. ΕΠΙ ΦΙΛΙΣΤΟV ΔΕΚΑΔΙΟΣ. Victoria stolata, et alata gradiens v. d., hum. s. parvum trophaeum gestat. Ær. min.

Similes editi apud Pellerin., et Haym. habent ΕΙΚΑΔΙΟΣ, fortasse monetarii lapsu scriptum in nostro initio, ut supra. Apud Lieb. Gotha Numm., et apud Sestin. Descript. N. V. affertur nummus, in quo in aversa eadem nomina magistratuum *Icadii*, et *Philisti* leguntur; in anteriori vero cum initialibus literis ΣΜΥΡ junguntur bina capita jugata anepigrapha, quae ab utroque Cl. Viro Caligulae, et Agrippinae sen. adscribuntur. Hinc Lieb. coniiciebat similes huic nostro sub Icadio pariter, et Philisto a Smyrnaeis editos in Caligulae imperantis tempora esse protrhaendos, atque imaginem in adversa, non utique ad Lucium Caes. Augusti filium cum Haymio, sed ad Tiberium potius ex Druso jun. Tiberii Aug. nepotem esse referendam. Verum nec eruditissimi Liebii conjectura admitti potest ob faciem plane puerilem, quam et ipse in ea imagine agnoscit. Tiberius enim Caes. Tib. Aug. nepos natus fuerat A.

V. C. Varr. DCCLXXII, adoptatus deinde a Caligula sui Principatus initio A. V. C. DCCXC, et paulo post interfectus. Magistratus ergo Philisti, et Icadii, sub quibus editus nummus, de quo agimus, vix caderet in Caligulae imperium, nimium etiam ab eo distaret, quam ferat imago puerilis in nummo insculpta, admissa Liebii hypothesi.

Proximum itaque magis tempus, simulque opportunum mihi videtur, ut de Britannico in ea imagine expresso cogitemus. Hic enim genitus vigesimo suscepti a Claudio imperii die, ut paulo ante ex Svetonio commemoravimus, qui certus index est anni V. C. Varr. DCCXCIV, circa idus Februarii ejusdem anni. Britannico autem post biennium rebus in Britannica praeclare a patre gestis ex S. C. aeque ac patri Britannici titulus decernitur, qui proprium veluti ipsius nomen deinceps evasit, moxque Claudio Romam ex Britannia reverso, nulli non honores ex commendatione patris puerulo habiti, et nummi etiam adhuc infanti ab exteris Vrbibus dicati, ut probat nummus Iliensium paulo ante allatus, in quo ipsius Britannici imago facie pariter admodum puerili, addita insuper praetexta ad pectus clare agnoscitur. Adde in aversa nummi nostri Victoriam humero trophaeum gestantem, quod symbolum aptissimum est ad Britannicam Claudii victoriam designandam, actumque paulo post ab eo triumphum. Ex his coniicere licet capita jugata anepigrapha in nummo Liebii, et Sestinii ad Claudium, et Messalinam potius esse referenda. Sed in eorum etiam hypothesi, praesertim si supremo imperantis Caligulae tempore eum nummum emissum fuisse admittamus, illud consequitur brevissimum plane spatium intercedere potuisse primum inter, et alterum nummum a Smyrnaeis vulgatum, et multo quidem aptius, quam ferant calculi de Tib. Caesare Tib. Aug. nepote.

In nummulo hoc nostro tribus tantum literis ZMV scribitur nomen Vrbis, ut in simili Haymii, item in meo altero sub Frontino Proconsule inter autonomos sic CMV, item

in aliis apud Pellerinium. Ex quo patet eas literas nullo modo epocham designare potuisse, ut e calamo excidit praeclarissimi Khellii in nota subjecta ad suprascriptum Haymii nummum.

Restat ut de anno Britannici natali quaedam hic subjungam, ut in praecedenti nummo spoponderam. Cl. Eckhelius sub Britannico Tom. VI D. N. V. pag. 253 in ejus vitae synopsi ann. signat V.C. DCCXCV, et in subjecta nota difficultatem proponit ex Svetonio asserente eum natum vigesimo imperii die Claudio II Consule, quem consulatum inisse censet Kalendis Jan. A. V. C. DCCXCV. Sed mea quidem sententia, nihil est quod tam facile expediri possit, quam nodus iste. Animadvertere enim oportet Claudium in suscipiendo imperio praeter caetera insignia, et dignitatum honores acceptos consulem quoque, ut moris erat, designatum IT. fuisse in annum proximum V. C. DCCXCV. Testes sunt nummi signati cum ejus trib. potest. prima, qui certe ad A. V. C. Varr. DCCXCIV, primumque imperii pertinent. Habent autem: TI CLAVDIVS. PON. MAX. TR. P. IMP. COS. DES. II. vel ut alii: COS. DES. IT. Consul ergo *designatus* iterum dicebatur ab inito anno primo imperii, hoc est A. V. C. DCCXCIV, cum ordinarius II processerit Kalend. Januar. A. V. C. DCCXCV. Mirum itaque videri non debet, si Svetonius notam DES omiserit, cum ea apud veteres Scriptores in ipsorum libris fere semper omitti consueverit, idque factum etiam non semel in nummis probaverim in lib. de Vulgar. Ærae Emend. Quapropter nec corruptum Svetonii locum censeo, sed ipsum interpretandum de Consule designato ITERVM sub ipsis imperii auspiciis, in quibus idem testatur *vigesimo die* natum fuisse Britannicum, in eos calculos consentientibus nummis, Dione praeterea, et Tacito, ut ipse praeclarissimus Eckhelius fatetur.

AGRIPPINA NERONIS MATER

ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΓΡΙΠΠΙΝΑ ΣΕΒΑΣΤΗ Capita Neronis, et Agrippinae matris, se respicientia, et Neronis quidem sine laurea.

ΕΠΙ ΜΑΡΙΟΥ ΚΟΡΔΟΥ ΚΟΙΝΟΝ ΦΡΥΓΙΑΣ In area hinc inde ΑΠΑΜΕΙΣ. Aquila stans expansis alis dimidiam lauri coronam unguibus retinet. Ær. 2. Tab. XV n. 42.

Elegans, et integritate praestans, quem proferre placuit ad confirmandam lectionem vocis ΑΠΑΜΕΙΣ in simili Vaillantii, quamquam ille vertat *Apamensibus*, quasi ipsis nummus dicatus fuerit, non ipsi se dicasse profiteantur. Ita paulo ante habemus ΚΟΤΙΑΕΙΣ ΚΛΑΥΔΙΟΝ ΚΑΙCΑΡΑ *honorant*, et in iis Domitiani infra ΝΙΚΑΙΕΙΣ ΤΟΝ ΚΤΙΣΤΗΝ, et in aliis etiam apud ipsum Vaill. In reliquis Apamenae Vrbis legitur ΑΠΑΜΕΩΝ, quandoque etiam ΑΠΑΜΕΙΑ, ut apud Arigonium, et Eckhel. Num. Vet. p. 242 ex Mus. M. D., de qua lectione minime dubitasset Pellerin., si hos perspectos habuisset, Mel. II p. 32. De Mario Cordo Proconsule nihil invenio apud vet. Scriptores. Cremutium Cordum laudibus effert Dio lib. LVII. ob vitam honestissime actam, et historiam de rebus ab Augusto gestis, ab eo scriptam, in qua Cassium, et Brutum laudaverat: quae res eidem exitium attulit sub Tiberio, astu Sejani eidem infenso. Nominat etiam Marciam ejus filiam, quae patris libros per Aediles cremari jussos occultaverat. Sed ex his nihil lucis affulget ad Marii Cordi notitiam assequendam.

ΑΓΡΙΠΠΕΙΝΑΝ CΕΒΑCΤΗΝ ΝΕΡΩΝΑ CΕΒΑCΤΟΝ Capita se respicientia Neronis laur., et Agrippinae matris fluentibus retro capillis, et cum stola ad pectus.

ΖΜΥΡΝΑΙΩΝ Figura muliebris alata gradiens, d. vestem a pectore diducit, s. demissa caduceum gestat: ante

pedes v. d. serpens erectus praecedit. Ær. 3. Tab. XV. fig. 43.

Eadem adversa, in posteriori vero cum eodem typo, in area ΖΜΥΡ, in ambitu .... ΕΣΣΙΟΣ ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΣ.

De hac figura, quam quidam etiam Pantheam appellant ob symbola, quae ad Victoriam, ad Pacem, ad Nemesim, quam Smyrnaei peculiari cultu prosequebantur, ad Minervam denique non immerito referri possunt in varias abiere sententias Eruditi. Consulendus propterea Eckhelius, qui erudite de singulis disserit D. N. V. T. VI. pag. 237.

ΑΓΡΙΠΠΙΝΗ ΣΕΒ....... ΚΑΙ....... Caput Agrippinae, et Neronis se respicientia, illud quidem velatum, istud vero nudum.

ΤΙ.... ΔΙΟΣ ΚΑΙ.. ΓΕΡΜ Caput Claudii laur. lit. non parum vitiatis. Ær. 2.

Vnum quidem commatis latini affert Vaillantius eum capite Agrippinae velato T. I. Num. praestant., sed ex Graecorum numero primum hoc exemplum mihi quidem compertum. Erat hoc, ut notum est, sacerdotii, vel divinitatis signum, quod Graecorum assentatio principibus etiam feminis quandoque largita est, ut de Livia constat ex nummo n. Alabandensium, tum ex aliis editis, in quibus eam etiam ΘΕΑΝ ΛΙΒΙΑΝ, ΛΙΒΙΑΝ ΗΡΑΝ appellarunt, Augusto superstite, ut nomen ipsum *Liviae*, non *Iuliae* clare indicat. Similes itaque honores Agrippinam viventem non modo apud Romanos, sed etiam apud Graecos consecutam esse docet hic nummus; nam post quam a filio interfecta fuerat id factum non esse verisimile est, etiam, quod Claudius Divi titulo careat.

NVMM. COLON.

AGRIPPINA AVG Caput Agrippinae.

.... DIDO II VIR GEN COL COR Figura mulie-

bris stolata stans, d. pateram, s. cornucopiae. Ær. 2. Tab. XV. n. 44.

En alterum divinitatis, sive numinis tutelaris signum, quo Corinthii sub Genio Coloniae *Agrippinam* Aug. colere se profitentur, superiori propterea merito jungendum, quamquam ab Arig., et Pellerin. editum, quod tamen Vaillantium, latuit. In aversa parte supple *M. Acil. Candido*.

NVMMI AEGYPTII

ΑΓΡΙΠΠΙΝΑ ΣΕΒΑΣΤ... Caput Agrippinae Neronis matris cum spicea corona.

ΕΥΘΗΝΙΑ Caput femineum eodem serto redimitum, et in area hinc inde L IB An. XII. Ær. 2.

Alius, sed addita ad pectus duplici spica, et L IΓ. Ær. 2.

Quoniam Agrippina anno Neronis filii imperantis sexto interfecta fuit, hinc sequitur nummum utrumque sub Claudio emissum fuisse, notasque ab inito illius imperio computandas. Annus XIV. L IΔ in ejus nummis adhuc desideratur. Vide in Claudio sub eodem anno.

IMP NERO CLAVDIVS CAES AVG

ΝΕΡΩΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Caput Neronis laureat.

Aquila fulmini insistens. In area ad s. lauri ramus, ad d. Σ Anno Neronis VII, Ærae Antioch. Caesarianae ΘΡ CIX. Arg. m. Tab. XV. n. 45.

Lit. Σ hujus formae occurrit etiam in nummis Aradiorum Elagabali, aliarumque Vrbium.

ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ Caput Neronis laureatum.

ΕΤΟΥΣ ΑΙΡ. Θ Aquila alis expansis fulmini insistit. In area lauri ramus. Arg. m. Tab. XV. n. 46. A

Cum eadem epocha Antiochena ΑΙΡ An. CXI in hoc et sequenti nummo copulantur diversi imperii Neronis anni Θ,

et I, IX, et X. Item in sequenti, et tertio jungitur idem annus imperii Neronis I, X cum duplici Ærae Antiochenae anno AIP, et BIP An. CXI, et CXII: quae diversitas invictum exhibet argumentum ad Ærae Antiochenae caput recte constituendum.

ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ Caput Neronis laureatum.

Aquila alis expansis cum lauri ramo ad d. in ambitu ab ima parte ΕΤΟΥΣ ΑΙΡ. I Anno CXI Ærae Antioch., et X Neronis. Arg. m. Tab. XV. n. 46. B

Insignis iste ob epocham, quae in libro de Vulg. Ærae Emend. illustrata, probatque Antiochenos exeunte Octobri a Dio mense annum suum inchoasse Nerone principe. Vide etiam in lib. de Epoch. ubi invicte ostenditur alios calculos instituendos esse, quam Cl. Eckhelio visum fuerit.

ΝΕΡΩΝ etc. ut in superiori. Caput Neronis laureatum.

Aquila, et lauri ramus, ut supra. ΕΤΟΥΣ ΒΙΡ. I, idest CXII. Epochae Antiochenae, et X Neronis. Arg. m. Tab. XV n. 47.

Ex comparatione hujus nummi cum superioribus patet in eundem annum principatus Neronis duplicem Epochae Antiochenae incidisse, et vicissim; ideoque Antiochenos saltem ad Neronem usque annos Principum Romanorum cum anno suo civili minime conciliasse. Vide in cit. superius locis.

IM. NER. CLAV. CAES AV. Caput Neronis laureatum.

S C in laurea. Ær. 3.

Omittendum minime censeo in hoc Antiochiae nummo ad oram extremam marginis impressas iterum conspici literas CAESA... quod ad modum feriundae monetae aliquid lucis afferre potest. Idem etiam cernitur in argent. Syracusarum nummo m. m. cum Cimonis nomine, quem vide in autonomis suo loco, et in aliis.

ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤ Caput Neronis laureatum.

ΑΠΟΛΛΩΝΙ

ΕΡΕΙΤΩΝ Mulier stolata ex adverso stans fluentibus utrimque capillis, d. pateram, s. demissa florem: ad pedem d. sistrum inversum, ad s. signum ♀ Ær. 3.

Diversus ab editis, non enim Apollinem, sed Isidem esse puto ob capitis ornatum, et signa utrimque Aegyptiaca. Nummus autem est integerrimus. Apollonoshieron Vrbs Lydiae. Praeter nummos Tiberii, et Neronis, qui hactenus ab hac Vrbe Imperatoribus signati Numismaticis perspecti erant, tertium recens addidit Sestinius Hostiliani cum typo Serapidis Descript. N.V. p. 413. Isidis quoque faciem addito tutulo exhibet Arigonius Graec. Tab. III Serie III. n. 24. Caetera vero male delineata.

ΝΕΡΩΝ.... Caput Neronis laureat.

ΓΑΔΑΡΑ L. ΑΛΡ Anno CXXXI Mulier turrita stans, d. coronam, s. cornucopiae. Ær. 2. Tab. XV n. 48.

Notae istae annum Neronis emortualem complectuntur, initio epochae facto, vel ab autumno anni V. C. Varr. DCXC, sive a verno tempore insequentis anni. Vide lib. II. de Num. Imp. cum notis chronol.

ΝΕΡΩΝΟΣ .....ΟV. Caput Neronis laureatum.

ΤΟ ΚΟΙΝΟΝ ΓΑΛΑΤΩΝ Templum tetrastylum. Ær. 2.

Caput Neronis laureatum, ante quod in area lituus, sine epigraphe.

ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ ΕΟ... Mulier turrita, et stolata rupi insidens, d. extenta, s. cornucopiae gerit. Triplex Ær. 2.

Singuli hujusmodi nummi malo omine, ubi insculptae notae chronol. vetustate male habiti sunt. Certa tamen lect. duarum ΕΟ, quae non aliter supplendae, quam ΕΟΤ Anno CCCLXXV. Vide de Epocha Damascenorum in lib. saepe cit. de Epoch.

ΝΕΡΩ......... ΤΟΣ Caput juvenile Neronis sine laurea cum toga, vel chlamyde ad pectus. Pone signum incusum, in quo bipennis, cum manubrio.

IOV . . . . .

ΚΛΕΩΝ in area lit. orizont.

In ambitu . . ΡΧΙΕΡΕVΣ ΑΣΙΑ $\overset{X}{\text{P}}$ ЄVΜ . . . . . Vir juvenili facie nudus stans: medio brachio d. avim ostentat, s. demissa incertum quid habeat ob nummum repercussum, ubi signum incusum, strophium, vel vestem sustinere videtur.

In eo Haymii Part. II Tab. XXVIII legitur ΑΣΙΑΣ; sed in nostro nunquam extitit postrema lit. Σ, sequitur vero Χ, qui nexum facere videtur cum Ρ, ut supra dictum est. Merito Eckhelio Doctr. Num. T. III pag. 153 insolentior videbatur titulus *summi sacerdotis Asiae*. Alter vero *Asiarchae* non infrequens in aliis nummis etiam Phrygiae. Vrbes Asiae quando communi suffragio aliquis ipsarum civis eligebatur ad publicos ludos moderandos, qui celebrabantur, sibi honori ducebant hunc, cui *Asiarchae* titulus addebatur, inscriptum in sua moneta referre. Videndus etiam iste nummus editus apud Sestinium Descript. N. V. p 464. Figura tamen esse nequit Jol, cum sit plane nuda. Eumenia Phrygiae magnae ab Attalo condita.

ΝЄΡΩΝ ΚΑΙCΑΡ Caput Neronis sine laurea.

ΘЄCCΑΛΟΝΙΚΗ Victoria globo imposita, d. coronam, s. palmae ramum. Ær. I. Tab. XV. n. 49.

Quamquam magno numero editi sint hujus Vrbis nummi; in hoc tamen, et sequenti aliquid peculiare occurrit adnotatione dignum. Habes in isto Victoriam globo impositam, qualis in nummis aureis Augusti exhibetur, qualisque, ut arbitror, praeferebatur *sparsis victoria pennis* in pompa Circensi. Hujusmodi autem symbolo Thessalonicenses, aut respexisse dixeris victorias, quas Nero postremis imperii sui temporibus in sacris Graeciae certaminibus reportaverat: vel Deam Victoriam, cujus auspiciis Populus Romanus universum Orbem in suam potestatem redegerat. Vi-

ctoria globo insistens etiam in nummis autonomis occurrit apud Sestin. Descript. Num. Vet. p. 114, et seq.

ΝΕΡΩΝ ΣΕΒΑΣΣΤΟΣ ΚΑΙΣΑΡ Caput Neronis sine laurea.

ΡΩΜΗ ΣΕΒΑΣΣΤΗ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ Roma stans cum chlamyde, d. hastam puram, sin. sceptrum gerit, simulque chlamydem sustinet, habetque in pedibus cothurnos. Ær. 1. Tab. XV. n. 50.

Roma, quae in aliis passim nummis ΘΕΑ *Diva* appellatur, in hoc *Augustae* nomen praefert, quod etiam in nummo Galbae habetur. Apud Haym. T. II pag. 254 in nummo Nicomediensium ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ inscribitur, pertinetque nummus ad Domitianum. Notandum sphalma monetarii semel, et iterum admissum duplicis ΣΣ in utraque nummi facie in nomine Vrbis, et epigraphe ΣΕΒΑΣΤΟΣ, et ΣΕΒΑΣΤΗ.

ΝΕΡΩΝ ΚΛΑΥΔ ΚΑΙCΑΡ CΕΒΑ Caput Neronis juvenili facie sine laurea.

ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ *Thyatirenorum* Lydiae. Bipennis. Duplex Ær. 3.

Ad Amazonem Thyatiram referenda bipennis, quoniam Thyatireni se ab ea descendere persuasum habebant. In nummo Crispinae Amazon ipsa stans conspicitur apud Vaillantium.

ΝЄΡ
ωΝΟ
C in laurea.

ΙƆ ΚΑΙCΑΡΟC Palmae ramus. Ær. 3.

Alii tres parum dissimiles, in quibus tamen ΓЄ ΚΑΙCΑΡΟC, et in uno σφάλμα in nomine Neronis sic ΜЄΡ
ωΝΟ
C

Notae in primo non modo retrograde, sed etiam postpositae conspiciuntur, error alter magis inscitiam prodit monetarii. Caeterum annus V. in nummis Neronis hactenus editis innotescit.

O

NEPωN CЄB .... vitiatis reliquis lit. in quatuor similibus nummis. In postremo signum incusum in utraque parte: legitur in anteriori KAI, in posteriori vero cernitur caput laureatum, sed incertum mihi, cui Imperatori sit tribuendum.

Aversae vero partis inscriptio emergit integra ex 4 supradictis nummis, ut sequitur.

1 ΚΑΙΣΑΡΙΑ Η ΠΡΟΣ ΣΕΒ............

2 .... ΙΑ Η ΠΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΩ ΛΙ.....

3 ΚΑΙΣ.......... ΟΣ ΣΕΒΑΣΤΩ ΛΙΜ

4 ΚΑΙΣΑΡΙΑ .... ΛΙΜΕΝΙ

Mulier capite turrito habitu brevi stans, d. pede prorae navis imposito, d. manu caput virile gestat, atque in aliquibus ex allatis, illud ad similitudinem Neronis capite laureato accedere videtur, s. hastam puram gerit. In area infra caput L IΔ. *Anno* XIV. Ærei omnes 2 magnitud. sed anterior pars postremi exhibet mulierem sedentem, cum iisdem attributis, ut in reliquis, cujus similem exhibet Arigon. Ser. III Imper. Tab. V n. 38.

Ex his ergo simul conjunctis certa se prodit epigraphe ΚΑΙΣΑΡΙΑ Η ΠΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΩ ΛΙΜΕΝΙ *Caesarea, quae ad Augustum portum*. Hinc mirifice confirmatur lectio a praestantissimo Bellejo feliciter primum detecta ex similibus nummis inter se pariter comparatis, ex eaque evanescit plane controversia omnis, quam ex hujusmodi nummis, sed detritis excitaverant Vaillantius, Harduinus, ac Norisius, qui postremus etiam duplicem epocham in iis agnoscendam esse suspicatus fuerat.

De Caesarea Vrbe maritima Palaestinae, cui jure adscribendi hi nummi, quae prius Turris Stratonis vocabatur, ab Herode M. in honorem Augusti renovata, ac Caesareae nomine indito, adjectoque portu, quem idem Herodes ΣΕΒΑΣΤΟΝ appellari voluit, praeclara sunt, quae laud. Belle-

jus adnotavit, et post eum Eckhel. D. N. V. T. III pag. 248, de quo argumento etiam ipse egi in lib. n. de Vulgar. Ærae Emend. ubi de postremo Antipatri ab Vrbe Roma in Judaeam reditu tempus definire studui, atque ex Josephi testimoniis animadverti Antipatrum ad hunc ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΤΟΝ ΛΙΜΕΝΑ ΤΗΣ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ appulisse. Notae L ΙΔ ex Judaeorum methodo nummum editum designant post vernum tempus anni V. C. Varr. DCCCXX cum jam Nero media aestate anni superioris in Graeciam profectus ludis, sacrisque certaminibus celebrandis totus in ea occupatus esset. Vide infra p. 111 numm. ipsius Neronis, in quo ΣΕΒΑΣΤΟΦΟΡΟΣ. L ΙΓ.

ΝΕΡΩΝ ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ Caput sine laur.

ΚΟΛ Capricornus, infra quem in area lit. Θ. Ær. 3.

Colophon Vrbs vetustate, et nobilitate inter Jonias conspicua. In aliis etiam apud Pellerin., et Sestin. tribus tantum lit. vel etiam duabus designatur. Imperatorii hactenus editi a Domitiano incipiunt. In hoc Capricornus Neronis originem ab Augusto ostendere videtur. Fuit autem Nero e Gente Julia postremus.

N. K. ZEVC ΕΛΕVΘΕΡΙΟC *Nero Caesar Juppiter Liberator* Caput Neronis laureatum.

ΕΠΙ Γ. Ι. ΠΟΛ..... ΟV *sub C. Jul. Poliaeno*. Figura juvenilis habitu muliebri utraque manu porrecta, et elata corollam gestat, taeniis duabus ex humero sin. dependentibus. Hinc inde in area Δ CI KV Ær. 3.

Magnesia Lydiae, quae omni assentationis genere Romanos Principes ante hunc citharoedum Imp. coluerat, ut ex ejus publica moneta, tum ex iis, quae a me fuse probata sunt in Dissert. de M. Tullii Ciceronis numismate, Neronem tam splendido *Jovis Liberatoris* titulo in hoc nummo decorandum censuit, quod victor in singulis universae Graeciae certaminibus eandem libertate donasset. Signum in area Montis Sipyli, et adiectae initiales CI de Magnesia

Lydiae dubitare non sinunt. Adiiciuntur praeterea literae KV, quae quid sibi velint divinare non ausim. Eaedem etiam habentur in simili nummo apud Arigonium Tom. I. Ser. I. Imp. Tab. II. n. 24, sed apud Pellerin. Pop. T. III. Suppl. Tab. CXXXIII desiderantur. Hic tamen noster ab iis paululum diversus, *Neronis* enim *Caesaris* nomina una tantum lit. inscribuntur N. K: in aversa vero parte Apollinem nudum, vel Neronem ipsum sub ejus figura videre videor in victoriarum signum coronam utraque manu gestantem. Similes huic nostro, et Pellerinianis, qui in Catal. Theup. sub Nerone inter incertos describuntur, Magnetibus Lydiae profecto accensendi. In hac Vrbe praecipue celebrabantur ludi EN MONΩΔIA, de quibus vide in cit. Dissert. Hinc non immerito, ut ibidem dictum est, inferre licet praeeunte, hoc nummo, tum altero Pellerinii, in quo ipse Nero coronatus equo graditur ad hanc quoque Vrbem ad montem Sipylum positam equo vectum accessisse, quoniam eo ludi genere praecipue delectabatur.

NEPΩN ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤ Caput Neronis sine laurea.

ΔΙΟΝΥΣΟΥ ΚΤΙΣΤΟΥ ΝΙΚΑΙΑ Ara ignita, in qua inscriptum K. Ær. 3.

In simili apud Eckhel. ex Morell. legitur ΝΙΚΑΙΑΣ, sed abundat postrema lit. Σ, quae in nostro numquam extitit, nec superest locus, in quo inscriberetur. De Baccho Nicaeae Conditore plura apud Auctores, et apud laud. Eckhelium. Vide in Domitiano.

...... Ν ΚΛΑΥ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣ ΣΑ..Δ Caput Neronis laureatum.

ΣΥΝΚΛΗΤ......... inverse scripta epigraphe. Figura togata, et velata in sella curuli sedens, d. volumen, s. sceptrum. Ær. 1. Tab. XV. n. 51.

Conspicuus nummus mole sua. Ad Sardianos Lydiae

referendus. Apud Sestin. etiam Descript. Num. Vet. p. 437 legitur ΝΕΡΩΝ ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ.

Caput juvenile Neronis laureatum sine epigraphe. In area ante pectus astrum.

ΣΙΔΩΝΟΣ ΘΕΑΣ. In area superne ϚΞΡ An. CLXVI Europa tauro vecta, dextra velum supra caput explicatum retinet, sinistra tauri cornu arreptum tenet, ut a poetis fingitur. Ær. 2. Tab. XV. n. 52.

Nummus iste in pretio habendus ob notas chronologicas, quae nunc primum innotescunt, de quibus vide in lib. n. de Num. hujus generis.

Caput Neronis laureat. sine epigraphe.

ΣΙΔΩΝΟΣ

ΘΕΑΣ in imo; superne vero ΕΟΡ. Anno CLXXV Europa tauro vecta, ad caput velo supervolitante. Ær. 2. Tab. XV. num. 53.

De hoc quoque vide cit. superius loco.

ΝΕΡΩΝΑ CΕΒΑCΤΟΝ Caput Neronis laureat.

Α. ΓΕCCΙΟC ΦΙΛΟΠΑΤΡΙC CΜΥΡ *Aul. Gessius Patriae amans Smyrn.* Juppiter sedens, d. aquilam. Ær. 3.

ΝΕΡΩΝ ΚΑΙCΑΡ Caput Neronis admodum juvenis laureat.

ΤΗΙΩΝ Bacchus stolatus stans, s. thyrsum, d. cantharum, ad pedes gryphus. Ær. 3. Teos Joniae.

Caput Neronis laureatum, ante quod lituus cum signo incuso, in quo IMPGA.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ L ΘΟ... Capita jugata Dioscurorum. Vide illum in Galba. Ær. 2.

Caput Neronis laureatum, ante quod lituus. Collum secat per lineam transversam signum incusum, in quo IMPOTHO.

ΤΡ..... ΤΩΝ notis numericis nummo iterum feriundo deletis. Ær. 2.

Vide illum in Othone.

ΝΕΡΩΝΙ ΑΠΟΛΛΩΝΙ ΚΤΙCΤΗ Nero habitu citharoedi utraque manu plectrum gestat.

ΝΕΡΩΝ.. Victoria stans, d coronam, s. palmam gerit. Ær. 2. Tab. XV. n. 54.

ΝΕΡΩΝΙ ΑΠΟΛΛΩΝΙ ΚΤΙC. Caput Neronis laureatum.

ΝΕΡΩΝΟC ΚΑΙC. Victoria stolata, ut supra stans, cum corona, et palma. Ær. 2. Tab. XVI. n. 55.

Alius parum diversus, in quo vox ΝΕΡΩΝΟΣ scribitur cum sigmate quadrato. Ær. 2.

Patinus primum ex his nummis delineatum exhibet pag. 118, sed abest ab eo vox ΚΤΙΣΤΗ, quae nunc primum ex his nummis eidem attributa legitur. Vnum etiam in hoc numismatum genere cum ipsius capite videre est apud Morellium. Praeclara sunt, quae laud. Patin. ibidem affert ad nummum illustrandum, ut nihil hoc loco addere oporteat. Ad caeteros itaque titulos, quibus citharoedus iste Imperator, modo *Hercules*, modo *Juppiter Liberator* in nummo Magnesiae Lydiae paulo ante descripto, insuper *Apollo*, et ΠΥΘΙΟC in nummo Trallianorum ex Museo Svecorum Reginae, deinceps Vaticano, ab assentatoribus vocabatur, alter quoque Fundatoris, sive ΚΤΙCΤΟΥ accessit, quasi ipse citharae, atque certaminum, quae tota Graecia celebrabantur Conditor, atque Instaurator extitisset. Cl. Sestin. Descript. N.V. p. 155 memoria, lapsus ubi in primo Victoria graditur, legit ΝΕΡΩΝΙ ΑΠΟΛΛΩΝ, ac de Apollonia Illyrici interpretatur, quae Neroniae nomen sibi assumpserit; sed id est contra autographi fidem, in quo tantum legitur ΝΕΡΩΝΟC, de quo nempe subintelligenda est Victoria in eadem nummi facie expressa.

NVMMI AEGYPTII

ΝΕΡ ΚΛΑΥ ΚΑΙΣ ΣΕΒ ΓΕΡ ΑΥΤΟ Caput Neronis laureat.

ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ Mulier velata stans cum bilance in dex. in imo L Δ. Arg.

Monendum hunc, caeterosque, qui sequuntur, esse ex argento infimae notae, sive ex metallo, quod appellant Potin.

ΝΕΡΩΝ ΚΛΑV ΚΑΙ....... Caput Neronis laureatum.

ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ Mulier velata, d. bilancem, sin. vestem elevat. In area L E Anno V. Arg.

ΝЄΡ ΚΛΑV ΚΑΙ CЄΒ Caput Neronis laureatum.

ΑΥΤΟΚΡΑΤ L H An. VIII Imp. galeatus, et paludatus habitu militari stans, d. globum, sin. clypeum, et hastam cum spiculo. Tres Ær. 3. XIII alios arg. cum annis subsequentibus omitto, quoniam typos offerunt jam editos. Non praetermittendi tamen qui sequuntur.

... . ΣΕΒ ΑV ΓΕΡ In area ante pectus L ΙΓ Caput Neronis radiatum.

ΣΕΒΑΣΤΟΦ... Supple ΣΕΒΑΣΤΟΦΟΡΟΣ Navis expanso velo mediis in undis, ludentibus circa navim delphinis. Arg 1.

Si exempla attendamus Vrbium praesertim Corinthi, Col. Patrensis, meique nummi anecdoti Nicopoleos Epiri ad Actium, in quibus cum navi praetoria legitur ADVENT AVG, et in postremo supra triremem ΕΠΙΦΑΝΙΑ, statuendum videtur, ut in iis certo designatur accessus Neronis ad eas Vrbes, ita quoque in hoc simili exprimi Neronem, praetoria illa navi *Augustum ferente*, Alexandriae portum subiisse, eamque Vrbem ingressum esse. Annus XIII, L ΙΓ ex Ægyptiorum methodo coeperat die XXIX Augusti An. V. C. Varr. DCCCXIX, exiturus die XXIIX insequentis anni V. C. Varr. DCCCXX. Ex Dione lib. LXIII, Tiridate, postquam eidem Nero diadema imposuerat, ac in theatro velis inumbrato ad solis ardores defendendos spectacula exhibuerat, in suum regnum mox discedente, et ipse Nero in Graeciam iter suscepit ad ludos, et certamina ibidem celebranda, anno tum labente V. C. Varr. DCCCXIX. De anno inter omnes Chronologos convenit. De anni tempore dubitat Cl. Zoega,

qui Neronis discessum ab Vrbe in mensem Octobrem differt; sed si fides Dioni habenda non ultra mediam aestatem prorogari potest. Vide etiam lib. n. de Vulg. Ærae Emend. pag. 101. Itaque notae L IΓ Neronis profectionem ab Vrbe designare nequeunt, ut laudato Zoegae, consentiente etiam Eckhelio visum est; sed fateri oportet eum nummum Sebastophoron ab Alexandrinis editum fuisse, post quam Nero jam in Graeciam pervenerat. De tempore reditus in Vrbem Neronis dubitari nequit, quin illud assignari debeat anno jam exeunti V. C. Varr. DCCCXX, vel insequentis initio. Scribente enim eodem Dione citato lib. LXIII Neronem conjurationis metu perterritum subito e Graecia in Italiam navigasse, haec subdit: *Spes erat vi hiemis illum periturum; verum frustra id gaudium plerisque fuit, salvus enim evasit* etc. Ex his igitur patet notas L IΓ in nummo, de quo sermo est, si utrumque extremum excipias, integrum annum complecti, quo Nero cithara canendo, omnique alio certaminum genere obeundo in Graecia substitit. Hinc etiam sequitur easdem notas non modo aptissimas videri posse ad tempus designandum, quo Nero ad portum Alexandriae accesserit, ut exemplo similium numismatum initio diximus; sed etiam ad illud, quod ibidem manendo insumere potuerit in ludis celebrandis, donec labente autumno ejusdem an. V. C. DCCCXX in Graeciam reverteretur, ac subinde ad finem properante eodem anno in Italiam subito navigaret ab Helio Liberto metu iniecto perterritus. Addam et illud: notas in nummo Caesareae ad Augustum portum, de quo paulo ante dictum est, nempe L IΔ optime conciliari cum iis nummi hujus Sebastophori L IΓ, licet Nero primum ad Caesareae portum appulisset, deinde ad Vrbem Alexandriam se contulisset. Annus enim L IΔ ex methodo Caesareae propria, quae eadem Judaeorum, coeperat ineunte vere anni V. C. Varr. DCCCXX; annus vero L IΓ ex methodo Egyptiaca in exitu futurus erat die XXIX mensis Augusti ejus-

dem anni. Quinque igitur internedii sunt menses, quibus utrumque evenire potuisse manifestum est. Sed uberiora expectanda sunt monumenta, quae certo suadeant Neronem in ea peregrinatione ad Vrbem quoque Alexandriam accessisse. Nam quae indicia non uno in loco offert laud. Dio cit. lib. LXIII, talia non sunt, quae rem in tuto ponant, dissentiente praesertim Svetonio in ejus vita; nummus vero Sebastophoros licet gravis testis, cum tamen unus sit, alio aeque gravi, certoque opus habet, ut fidem facere queat. Vide quae alibi adnotata sunt.

..ΡΩ ΚΛΑΥ. ΚΑΙΣ ΣΕΒ ΓΕΡ ΑΥ Caput Neronis laureatum.

L ΙΔ Anno XIV Serpens crassior erectus inter duo papavera, duasque spicas, ore hiante, e quo papaver, et spica pariter emergunt. Ær. 2.

ΝΕΡΩ ΚΛΑΥ ΚΑΙΣ ΣΕΒ ΓΕΡ ΑΥ Caput Neronis laureatum.

L ΙΔ An. XIV Serpens exilior cristatus, barbatus stans medius inter spicas, et papavera. Triplex Ær. 2.

ΝΕΡΩ ΚΛΑΥ ΚΑΙΣ ΣΕΒ ΓΕΡ ΑΥ Caput Neronis laureat.

L ΙΔ Anno XIV Apis bos stans, ante faciem ara accensa. Ær. 2.

Annus XIV L ΙΔ, qui in suprascriptis nummis legitur, etiam in computatione Ægyptiorum fuit Neroni supremus. Nam inter Deos abeunte Claudio a. d. III Id. Octobris Anni V. C. Varr. DCCCVII, imperium iniit Nero Asinio, et Aviola Cos, sibi vero mortem conscivit a. d. III. Id. Junii Italico, et Trachalo Cos A. V C. Varr. DCCCXXI, cum imperium tenuisset annos XIII, menses VIII, et aliquot dies. Vide lib. n. de Æra Vulg. pag. 97. Neomenia vero anni civilis Ægyptiorum ex die XXIX Augusti.

NERO CLAVDIVS CAESAR AVG GER P. M TR P. IMP. PP Caput Neronis laureatum. Pone in area palmae ramus incusus.

Mulier turrita cum sceptro oblongo in s. sedens in sella, quam quatuor sphinges alatae sustinent. Stant hinc

inde binae figurae, a dex. virilis cum bipenni, a sin. muliebris, quae sedenti mulieri coronam imponit. In imo duo Genii infra sellae basim jacent, in qua figura sedet. Ær. m. Tab. XVI n. 56.

Nummus inter contorniatos, ut appellant, recensendus ob palmae ramum in area incusum pone caput Neronis a scalptore n. in iconismo omissum. Quo ad anteriorem partem nondum editus, quod sciam. Quo ad alteram binos delineatos exhibet Sigebertus Havercampus in Dissertatione de Alexandri magni numismate, quo quatuor summa Orbis terrarum imperia contineri censet. Tab. I. n. 1. 2. Pauca sunt, in quibus hic noster ab iis differre mihi videatur. Mulier sedens manum sinistram, non elevatam, ut in iis Havercampii, sed genu sinistro impositam tenet, et utrimque in extrema parte areae, non ara quadrata, sed cornucopiae expressum cernitur, ut initio diximus. Scabellum etiam satis conspicuum cum globulis in extremis occurrit in nostro, cui pedes impositos habet figura tutulata sedens. De Geniis infra scabellum jacentibus dictum jam est supra. Caeterum digna sunt ingenio, et eruditione Havercampii, quae ab eo afferuntur in sua Dissertatione ad figuras aversae partis illustrandas. Modo vero ob imaginem Neronis, quae in nostro sese conspiciendam exhibet, utrum singula in Cl. illius viri explicatione contenta symbolice accipienda sint, an interpretanda ex eo, quod dum ab universis Graeciae Vrbibus, citharoedus iste Imperator ob certaminum victorias coronas acciperet, per praeconem pronuntiare jubebat: Neronem Caes. victorem, ut est apud Dionem, *coronare suum Orbem terrarum*, videant harum rerum peritiores.

NVMMI COLONIARVM

....RO CLAVDIVS CAESAR AVG...... Caput Neronis radiatum.

COL B *Colonia Babba*.
EX CONSENSV
.... D Pons cum tribus fornicibus. Æ*r*. 2.

Babba Augusti Colonia, quae *Colonia Campestris Julia Babba* in aliis nummis inscribitur. Vrbs Caesareae Tingitanae.

IMP. NERO CAESAR AVG Caput Neronis radiatum.
L. R. PISONE II VIR QVI COR In area ADVE AVG Triremis praetoria. Æ*r*. 2. Tab. XVI n. 57.

Praeter hunc nostrum ad Neronis adventum in Vrbem Corinth. spectant, qui sequuntur:

TI CLAVDIO II VIR Q ADV AVG COR Nero togatus. Vaill. de Colon.

C IVLIO POLYAENO II VIR COR Navis praetoria. Idem Vaill.

P MEM CLÆANDRO QV ADV AVG COR Navis cum vectoribus. Catal. Theup. Eckhel.

En quatuor Duumviri, ex quibus certo eruitur Neronem ad eam Vrbem semel, et iterum accessisse. Mitto *Oleanum* ex Arigonio, qui etiam in simili huic nostro legit C. R pro L R. Legendum L. RVT. PISONE, ut in eo Musei Theupol. cum ADLO AVG. COR.

...CAES AVG GERM Caput Neronis radiatum.
ADVENTVS AVGVSTI C P. *Colonia Patrensis*. Navis praetoria cum remigantibus. Æ*r*. 2.

Neronis nomen antiquitus deletum. Nectendus iste caeteris, in quibus actum est de accessu hujus Principis citharoedi ad Vrbes Corinthi praesertim, et Nicopoleos ad Actium Epiri. Erat apud Patras magnificentissimum Odeum ex Pausania, Neroni pro exercenda arte sua aptissimum.

IMP NER CLAVD .... Caput Neronis laureatum. Ante faciem astrum.
DIVOS CLA...... in ambitu, inter quatuor vero signa militaria, sive legionum vexilla COL. CLA.....

Colonus agens boves cum quatuor erectis vexillis. Ær. 2. Tab. XVI. n. 58.

IMP. . . . . R P. M. TR. P. Supple IMP NERO CL. CAES GER Caput Neronis laureatum. Ante faciem in area solis, et lunae signum.

DIVOS CLAVD. . . . NE. . . P. Ita in ambitu nummi. Inter IV vero Legionum vexil COL CLAV. Itaque integra lectio ita supplenda videtur DIVOS CLAVDIVS COL CLAVDIA NERONIA PTOLEMAIS. Colonus agens boves, et in area quatuor Legionum insignia erecta, in quibus inscripti conspiciuntur numeri III. V. X. XI. Ær. 2. Tab. XVI. n. 59.

Similes nummos, sed vetustate corruptos edidit Vaill. in Claudio, et Nerone, in quibus abest Claudiae nomen, tum quinque, non quatuor exhibentur labari, iique sine numeris. Binos hujusmodi nummos ad archetypi veritatem delineatos vulgavit Pellerinius Pop. II. pag. 3, quos illustratos, vide ibidem pag. XI, et seq. Primus est Claudii, secundus Neronis. Noster hic tamen Neronis differt ab eo Pellerinii, tum ob praenomen Neroniae, tum in numeris Legionum. Quod haec Vrbs Phoeniciae Colonia a Claudio Caesare primum constituta fuisset, in moneta, quam mox ad aeternam beneficii memoriam signavit se Claudiam nominat, ut ex Pellerin. nummis, atque ex hoc nostro fit manifestum, quibus Harduini opinio falsa plane ostenditur. Mortuo autem Claudio assentationis ergo, vel quod a Nerone etiam beneficio aliquo affecta fuisset, se insuper Neroniam appellasse videtur. Plures jam editi sunt nummi, ex quibus patet non paucas Vrbes idem Neroniae praenomen sibi indidisse, quibus addendus meus Vrbis Nicopoleos ad Actium. Numeri legionum, quos sibi videre visus est Pellerinius sunt VI, IX, XI, XII; quo ad postremos vero non diffitetur Cl. Auctor legi etiam posse X, XI, ita ut sit extrema pars, sive linea vexilli, quae unitatem exhibere videa-

tur. Ita porro rem se habere quo ad hosce postremos numeros clarissime patet in hoc nostro nummo, in quo extrema vexilli latera simul junguntur in formam quadrati, reliqui supersunt in medio numeri X, XI. Idem vero dicendum de primo, et secundo, in quibus perspicue legitur, ut supra III, V. Vt aliquid adjiciam ex suprascriptis numeris de interpretatione legionum, quae per orbem Romanum erant constitutae circa Neronis tempora, Legio III, alia erat Gallica a Jul. Caesare, alia Cyrenaica in Ægypto. Legiones V, et XI erant Claudianae ab ipso Claudio; denique X Gemina Pia fidelis in Judaea, ubi etiam erat Legio V Macedonica. Sed de his videndus imprimis Panvinius, qui singulas enumerat, atque illustrat in lib. de Imperio Romano.

OCTAVIA AVG NERONIS VXOR

Hoc loco subjicere praestat Cl. Viri Amici n. Ascanii Molin. Patricii Venet. anecdotum Octaviae nummum, qui sic se habet.

OKTAOVIA ΣEBAΣTH Caput Octaviae Aug. cum mitella in fronte, ac fluentibus retro capillis.

HPA ΠE........ΩN Junonis figura in sin. conversa fulcris ad utramque manum adiectis sustinetur. Ær. 2.

In altero simili, quem pariter apud Jo. Balbum P. V. inspexi, primae V literae aversae partis clare leguntur, reliquae incertae sunt lectionis. Supplendum HPA ΠЄCCINOYNTIΩN, vel potius ΠЄPINΘIΩN ob spatii, quod superest, angustiam. HPA Juno inscribitur etiam in nummis Amastrianorum, Euboeae Chalcidis, in Ægyptiis Neronis etc.

NVMMI AEGYPTII

...... OVIA ΣEBAΣTOV Caput Octaviae, et ante pectus in area L ς Anno VI.

.... ΣΕΒΑ ΓΕΡ ΑΥΤ Caput Neronis laureatum. Arg. Tab. XVI. n. 60.

Scribit Tacitus Annal. XIV. Octaviam Claudio Aug., et Valeria Messalina natam Neroni in matrimonium traditam infelicem vitae exitum ex infaustis nuptiis sortitam anno aetatis suae vicesimo. Addit Svetonius in Nerone c. 57: Octaciam eo die obiisse, quo post sexennium Nero ipse sibi mortem conscivit. Fuit autem is a. d. III Id. Junii, sive XI ejusdem mensis ex calculis nostris, de quibus vide lib. n. Ær. Vulg. p. 102, annus vero V. C. Varr. DCCCXXI. Ex his sequitur Octaviae natalem constituendum post III Id. Junii An. V. C. Varr. DCCXCV, simulque a Svetonio recte in Claudio cap. 27 componi cum die vicesimo imperii Claudii patris, eodem Consule II, nempe designato, ut mos erat, ex ipsis principatus auspiciis in ann. insequentem. Vide p. 93. Fuit autem XX imperii dies Claudii prid. Idus Februarii anni V. C. Varr. DCCXCIV ab interitu Caji Caligulae, qui incidit ex omnium Scriptorum veterum consensu in a. d. IX Kal. Februarii. Annus sextus L ς in nummo hoc nostro signatus primo nunc in lucem prodit, et in Catalogo Zoegae desideratur, a quo nummi Octaviae memorantur usque ad annum V, L Є. Ex dictis patet L ς, sive annum sextum initium habuisse ex die XXIX Augusti anni V. C. Varr. DCCCXII, ex quo die juxta methodum Ægyptiacam jam numerabatur annus imperii Neronis VI. qui Claudio successerat a. d. III Id. Octobris An. V. C. Varr. DCCCVII. Nondum itaque sub idem tempus, quod indicant suprascriptae notae L ς Octaviam a Nerone repudiatam fuisse statuendum erit: quamvis ille jam tum Poppaeae consuetudine teneretur, atque Othonem sibi in ejusdem mulieris amore aemulum specie honoris in Lusitaniam seposuisset, quam provinciam ad Neronis usque interitum summa fide, et abstinentia ab Othone administratam fuisse constat. Ex Fratr. Arvalium Fastis apud Grut. pag. CXVIII liquet Octaviam aduc in con-

jugio Neronis perseverasse initio An. V. C. Varr. DCCCXIII. Ibidem enim Nerone IV, et Cosso Lentulo COS. a. d. III Non. Jan. vota concipiuntur pro salute Imp. Caes. Neronis, et *Octaviae Conjugis*. Ex notis demum L ς patet nummos Poppaeae cum L Δ, et L E inter adulterinos recensendos.

NVMM. COLON.

....O CAES AVG IMP ET OCTAVIA...... Capita Neronis, et Octaviae se respicientia. Superne ad caput Neronis astrum solis, sub eo vero Octaviae lunae crescentis.

NERO...... CAES AVG IMP VOLVMNIO LVRINO II V. Caput Neronis nudum cum sceptro ad humerum sinistrum. Ær. 2. Vide Vaill. de Col.

POPPAEA AVG. ALTERA NERONIS VXOR

ΠΟΠΠΑΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ Caput Poppaeae crispis, fluentibusque capillis. Vestigia lit. ΠΕ in area ante pectus pene evanuerunt scalpri vitio.

ΑVΤ Κ ΝΕΡΩΝ ΚΛΑVΔ ΣΕΒ Caput Neronis laureatum. Ær. 2. Tab. XVI. n. 61.

Idem hic nummus describitur a Vaillantio in Poppaea, additis literis ΠΕ, itemque a Cl. Sestinio Epist. Numismat. Tom. III pag. 130 Tab. II n. 8, in quo legitur ΠΕΣ; quae literae in nostro pene, ut diximus, interierunt, licet quo ad caeteras partes integerrimus sit nummus. Iis literis ΠΕ, et ΠΕΣ Pessinuntem designari haud dubium, tum ex fabrica, tum quod ille Sestinii, ipso teste, e provincia Galatiae advectus fuerit. Hinc omnis dubitandi ratio evanescit, de qua Eckhelius D. N. V. sub hac Vrbe. In alio pariter Poppaeae nummo, quem descripsi apud Joan. Balbum Patric. Ve-

net. aversae partis typus est: gubernaculum navis cum lit. ΠΕ.

NVMMI AEGYPTII

ΠΟΠΠΑΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ L. I Anno X. Caput Poppaeae crispis, fluentibusque capillis.

... ΡΩ ΚΛΑV ΚΑΙΣ ΣΕΒ ΓΕΡ... Caput Neronis radiatum. Arg.

De notis L. Δ, et L Ε, quae falso Poppaeae adscribuntur, vide paulo ante in Octavia.

ΠΟΠΠΑΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ In area L ΙΑ An. XI Caput Poppaeae ornatum, ut in superiori.

ΝΕΡΩ ΚΛΑV ΚΑΙΣ ΣΕΒ ΓΕΡ..... Caput Neronis radiatum. Arg.

Notae in his duobus nummis L I, et L ΙΑ designant annos V. C. Varr. DCCCXVI, et DCCCXVII ex die XXIX Augusti in insequentes. Nulli alii Poppaeae certi innotescunt cum notis chronologicis.

DIVA CLAVDIA NER. F

DIVA CLAVD. NER. F Templum sex columnis suffultum cum fornice rotundo, et in medio templi figura muliebris stans.

DIVA. POPPAEA. AVG. Templum distylum, in cujus medio figura muliebris sedens, sin. cornucopiae gerens. Ær. 3. Tab. XVI. n. 62.

Vide Pell. Mel. I. Tab. X. n. 6.

IMP. GALBA

ΓΑΛΒΑC CΕΒΑCΤΟC Caput Galbae laureatum, pone in circulo inscriptae literae ΗΑ / S M, quae quid sibi velint divinare difficile est.

ΚΟΙΝΟΝ ΚΥΠΡΙΩΝ ЄΤΟΥC Β *Commune Cypriorum Anno II* Templum Veneris Paphiae, superne astrum. Hinc inde binae taedae erectae, atque accensae. Ær. 2.

Similem exhibet Haym. Parte II p. 245, et Tabula XXIX n. 6. Sed ille, cui nondum perspecta erat methodus Graecarum Vrbium, comparandi scilicet annos Principum Romanorum cum annis suis civilibus, notas ЄΤΟΥC Β *annum secundum*, interpretabatur de votis a Cypriorum Communi susceptis pro Imperii stabilitate. Quod jam animadversum ejus Commentatori in subiecta ibidem nota, tum ab Eckhelio Doctr. Num. T. VI pag. 299. Sed praeterea ex hujusmodi praestanti nummo mihi inferre fas esse video annum Cypriorum civilem, nec a verno tempore, neque a solstitio aestivo duci posse. Imperium namque Galbae mensium septem, et aliquot dierum spatio concluditur ex a. d. III Id. Junii anni V. C. Varr. DCCCXXI, ad XVII Kal. Februarii insequentis anni V. C. Varr. DCCCXXII. Si annum civilem Cypriorum duxeris a verno tempore, Galbae imperium duobus Cypriorum annis nullo modo congruere posset, ut attendenti patet. Si a solstitio aestivo initium illud repetas: a die III Id. Jun. ad solstitium suprascriptum, tantum temporis minime superest, ut Neronis interitus, multo minus Galbae approbatio a Senatu facta Cypriis innotescere potuisset ante Neomeniam anni sui revertentis: ex quo sequeretur nullos ab iis nummos emitti potuisse cum anno imperii Galbae primo. Hujusmodi tamen nummos vulgatos reperies cum ЄΤΟΥC Α apud Vaillantium, et Morellium. Concluditur ergo Neomeniam anni civilis Cypriorum in aliud anni tempus incidisse, post solstitium aestivum, nec ultra labentem Januarium.

S. Epiphanius Salaminae Episcopus Haeresi LI Alog. componit diem VI Januarii Romanorum cum die V mensis quinti apud Cyprios, et Salaminios. Rursus ibidem Tom. I pag. 447 edit. Petavii, diem VI id., sive diem VIII Novembris respondere affirmat diei VI mensis tertii χοιὰκ, *Choeac* apud Sala-

minios, sive Constantienses. Ex his sequitur tempore, quo scribebat S. Epiphanius annum Cypriorum civilem initium habuisse circa Kalendas Septembres: quae computatio cum supra scriptis calculis consentit, ac verisimile est valuisse etiam Sulp. Galbae temporibus, quoniam ex ejus nummis excluditur, ut dictum est, vernum tempus, ac aestivum solstitium, qui sunt limites fere communes, praeter autumnum, omnium Graecarum Vrbium.

IMP GA, idest *Imperator Galba* in signo incuso in nummo Neronis cum ejus capite laur.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ L. ΘΟ.. Capita jugata Dioscurorum cum astris. Ær. 2. Tab. XVI. num. 63.

Malleo iterum percusso nummo notae chronologicae pene interierunt, sed integra manet not. Θ, et vestigia supersunt seq. O, ex quo sequitur annum in eo designari, qui fuit Neroni postremus, primusque Galbae, de quo vide lib. II. de Num. Imp. cum notis chronol.

NVMMI AEGYPTII

ΛΟΥΚ ΛΙΒ ΣΟΥΛΠΙ....... Caput Galbae laureatum. In area L A.

..... ΡΙΑ Supple ΕΛΕΥΘΕΡΙΑ Mulier stolata stans, d. coronam, s. hastam transversam gerit, simulque vestem elevat, et cubito sin. columellae innititur. Arg. 2.

Alius similis, in quo ΕΛΕΥΘΕ.. Arg. 2.

ΛΟΥΚ ΛΙΒ ΣΟΥΛΠΙ ΓΑ...... Caput Galbae laureatum. In area L B.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΑ Protome Vrbis Alexandriae capite proboscide ornato. Arg. 2.

Iste cum praecedenti confirmat praenomina *Lucii Livii Sulpicii* Galbae, de quibus pauci hactenus nummi in lucem prodierunt.

ΣΕΡΟVΙ ΓΑΛΒΑ AVTO ΚΑΙ ΣΕΒΑ Caput Galbae, laureat.
L B Caput Isidis cum flore loti in capite. Dupl. Ær. 2.

Quemadmodum paulo ante de methodo Cypriorum probavimus; ita ex allatis partim cum L A, partim L B confirmatur methodus Ægyptiorum, qua in Neomeniam anni sui civilis conferre solebant annos imperii Principum Romanorum: quo de argumento fuse actum est in lib. n. Ær. Vulg. Interitus Neronis contigit a. d. III. Id. Junii A. V. C. Varr. DCCCXXI, ergo ante Neomeniam Thoth, sive XXIX Augusti ejusdem anni, cum jam in imperio successisset Galba; septimo autem post mense a. d. XVII Kal. Februarii insequentis anni V. C. DCCCXXII misere interficitur idem Galba. En ergo recta computatio biennii ejus imperii ex Ægyptiaca methodo.

NVMMI COLONIARVM

SVL GA. CÆ AV Caput Galbae sine laurea.
L CA . . . . . . II VI COR Binae dex. junctae, inter quas fasciculus spicarum, intermedio papavere. Ær. 3. Tab. XVI. n. 64.

Alius similis, in quo L CAN AGRIPP. Ær. 3.

Cum plurimi a L. Caninio Agrippa II VIRO editi fuerint nummi partim cum capite Galbae, partim vero sine ejus capite; hoc ordine disponendos putaverim. Qui habent epigraphen SENATV P Q R, vel ROMAE ET IMPERIO, eos refero ad illud tempus, quo sub interitum Neronis, conspirantibus in ejus perniciem provinciarum Rectoribus, praeeunte Vindice Galliarum Legato, Galba in Hispania recusavit imperium teste Svetonio, atque in concione ad milites, qui eum *Imperatorem* salutaverant: *se nonnisi Legatum Senatus* P. Q. R. professus est, nullusque adhuc extincto Nerone certus habebatur imperii successor.

Postquam vero nuntium accepisset Galba Senatum universum populo plaudente in ejus verba jurasse, ipse vero tum Caesaris, et Augusti titulos, et insignia admiserat, a Corinthis eodem Caninio II VIRO caeteros emissos fuisse nummos, ac primo quidem aliquos sine ejus capite, sed eum inscriptione IMP, vel IMPERATORI GA AVG ROMA, ut in meo inter autonomos p. 177. in gratulationis argumentum ipsius Vrbis Romae, cum adhuc abesset, tum reliquos omnes, qui ejus caput referunt, variosque typos, cum jam in Vrbem pervenisset, atque ingenti Senatus, Populique Romani laetitia exceptus fuisset. Testis est enim idem Svetonius universam Civitatem tantum ab interitu Neronis infensissimi hostis, et universi generis humani crudelissimi tyranni gaudium percepisse, ut plebs pileata tota Vrbe discurreret, quasi amissam libertatem recuperasset, atque omnem ejus retinendae spem in uno Galba haberet. Hinc eo jam Romae imperante vulgati nummi cum inscriptionibus: LIBERTAS RESTITVTA: ROMA RENASCENS: SENATVS PIETATI AVGVSTI etc.

Quod vero attinet ad Corinthios, eorumque nummos, de quibus sermo est, cum acta Galbae in suscipiendo imperio successive ad eorum notitiam pervenire debuerint, ut ex dictis patet; hinc intelligimus cur eodem semper II VIRO L. Caninio Agrippa nummos emiserint eo ordine, quem supra dedimus. Nec ipsis quoque causa deerat, cur Senatui primum gratularentur de extincto tyranno eorum hoste manifesto, tum novo Principi laetitiae suae signa exhiberent ob libertatem non modo Vrbi Romae, sed sibi quoque, et universo Orbi restitutam. Quamvis enim Nero apud ipsos diu substitisset pro sacris certaminibus celebrandis, et universam Graeciam libertate donasset, eandem tamen cum tota Asia misere spoliaverat, pluribus insuper praeclarissimis, ditissimisque earum civibus vexatis, atque interfectis, ut ex historiae monumentis constat.

Cl. Eckhel. D. N. V. T. II p. 338 censet nummos, qui inscribuntur ROMAE ET IMPERIO, vel SENATV P Q R cum capite Senatus velato *verosimilius cusos fuisse post mortem Galbae suspensis nimirum Provinciis an Othoni, an Vitellio adhaerendum esset*. Verum animadvertere praestat post Galbae necem nullum extitisse interregnum succedente mox in ipsa Vrbe Othone, eidemque *decernente Senatu nomen Augusti, et omnes Principum honores*, ut scribit Tacitus Hist. lib. I. qui praeterea addit: post quam Vitellius a Legionibus inferioris Germaniae Imperator salutatus fuisset paulo ante exitum Galbae, eique etiam accessissent Germaniae superioris legiones, tum etiam Belgium cum Lugdunensi Raethia, et Brittania: *Quidquid armorum mari dirimitur penes Othonem manebant*. Itaque intelligi haud potest, quod Corinthii sub trimestri Othonis principatu nummos suprascriptos emittere potuerint. Post pugnam vero ad Bebriacum certamine omni de principatu cum adversario ab Othone volontaria morte dirempto, Corinthii libere jam nummos suos in obsequium, et gratulationem victoris edere debuissent.

IMPERATOR GALBA Caput Galbae sine laurea.

COL A. A PATR In imo XXII. Aquila legionaria inter duo signa militaria. Ær. 3.

Vox integra IMPERATOR lectionem confirmat nummi nostri autonomi ejusdem Galbae a Caninio editi in Col. COR, in quo, ut paulo ante vidimus, pariter legitur IMPERATORI.

M. SALVIVS OTHO

.... ΩΘΟ ... qΩTAqκOTVA Sic retrograde scriptum. Caput Othonis sine laurea versus d. ΣONΩAIΣ ΘNA ΠΞ, pariter βυςροφηδὸν scriptum. Diana venatricis habitu cum pileo acuminato, d. telum e

pharetra depromit, laeva arcum gerit v. d. Dupl. Ær. 2. Tab. XXXIX. fig. 59.

Binos alios sub Silone Proconsule signatos jam edidit Eckhel. Syllog. I pag. 78 Tab. VII n. 8, et 9 cum diversis tamen posterioris partis symbolis. Sed illi injuria temporum ita male habiti fuerant in anteriori parte, ut nihil praestantiss. Viro offerre potuerint, ex quo aliquid certi de inscriptione, et imagine statueret. Similem et ego vidi secundo, quem cum Jovis capite ibidem attulit Eckhelius, sed aeqne vitiatum, ut vix superessent vestigia, quae Silonis nomen referebant, in anteriori vero faciem ad Neronis similitudinem accedere existimabam.

In suis Eckhel. Agrippae imaginem sibi videre visus fuerat, sed jam ejus conjectura evanescit, etiam ob nomen ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ, quod praemissum in meis legitur. Ex quo excluditur pariter Claudii vultus, ut aliis visum fuerat; nam etsi deesset nomen Othonis, nummi Claudii graeci, exceptis Ægyptiis, inscribuntur ΤΙ ΚΛΑΥΔΙΟΣ, titulus vero Imperatoris, vel omittitur, vel subsequitur caeteros ipsius Caesaris, et Aug. titulos; praeterea facies plenior, et capilli peculiarem in modum compositi non Claudio, sed uni Othoni conveniunt.

In his autem meis nummis, qui certam Othonis imaginem, et epigraphen exhibent incertum manet, an adiectum fuerit Vrbis nomen, vel potius in reliqua inscriptionis parte legendum sit ΚΑΙΣ ΣΕΒΑΣΤ, ut ego quidem ex vestigiis suspicor. Sed illud jam pro certo habemus *Silonem* Proconsulem extitisse Othone imperium obtinente, et intra trimestre spatium ab interitu Galbae, qui contigit exeunte Januario A. V. C. Varr. DCCCXXII, usque circa medium Aprilem ejusdem anni, quo ad Bebriacum non minor Catone ille ob civium amorem ultro mortem oppetiit.

Oportet vero hosce nummos in aliqua ex Insulis Romae vicinioribus editos fuisse, tum ob vultus lineamenta, quae

ad eos commatis romani maxime accedunt, quod in magis dissitis provinciis minime servatum, tum ob capillitium, quod ex Svetonii descriptione uni Othoni munditiarum amatori praecipue convenit. Cl. Eckhel. de Creta Insula suspicatur, et forte erit Cydoniae Vrbis, quae retrograde nummos non semel inscribere consueverat, ut in meo Augusti, vel etiam nomine totius Cretae, ut in pluribus legitur ΚΟΙΝΟΝ ΚΡΗΤΩΝ. Interim gratulandum, quod ex hisce praestantibus nummis numerus augeatur eorum, qui a Graecis Vrbibus in Othonis honorem editi fuerint, cum paucissimos habeamus, quamvis ex Tacito constet quod: *longinquae Provinciae, et quidquid armorum mari dirimebatur penes Othonem manerent*, ut supra etiam innuimus.

IMP M OTO Caput Othonis laureatum.

S C in laurea. Ær. inter 1, et 2 formam Tab. XVI. num. 65.

Similis edit. apud Haymum magno pretio comparatus, ut et meus. Vide eundem Parte II. p. 246. Tab. XXIX n. 7.

Alius, sed Ær. 3.

Difficilius hujus formae inveniuntur Sestinio teste.

Plura merito notanda in nummis Othonis peregrini commatis: primo capitis epigraphe minus castigata, ut vox OTO in Antiochenis meo, et Haymiano, deinde laurea adjecta ejus capiti, quod nunquam in moneta romana occurrit; tertio lineamenta vultus a verisimilitudine plurimum aberrantia, denique magis promissa, et culta caesaries, quam in latinis. Horum omnium causa, quod vix audita ejus electione Orientis provinciae ad ejus partes transierint, nullaque interjecta mora, publica moneta suae gratulationis officium eidem praestare studuerint. Hinc factum, ut Antiocheni in nummis Neronis postremo anno editis Othonis nomen adjecerint, et nondum perspecta vera ipsius effigie, cognitisque, quae ad ejus cultum, et ornamenta Romae obtinebant, aut rectam denique didicissent scribendi rationem

ex Romano more, quoad ipsius Othonis nomen, nummos suos publici juris fecerint. Quod idem, quo ad pleraque hujusmodi sphalmata, de nummis Ægyptiis dicendum. Quando autem ii populi certiores facti rem emendare potuissent, in fata Othonem concessisse.

IMP OTHO Imperat. Otho in signo incuso nummi Neronis cum ejus capite laur., et lituo.

TPI... TΩN Dioscurorum capita jugata. Ær. 2.

In hoc ob nummum iterum malleo subjectum notae chronologicae deletae sunt.

Vide illum etiam in Nerone paulo supra.

NVMMI AEGYPTII

AVTOK MAPK ΟΘΩΝΟΣ ΚΑΙΣ ΣΕΒ In area L A Caput Othonis laureatum.

ΚΡΑΤΗΣΙΣ Mulier stolata stans, d. victoriolam, sin. trophaeum gestat. Arg. 2. Tab. XVI n. 66.

Vox ΚΡΑΤΗΣΙΣ etiam in nummis Galbae occurrit, quam altiqui interpretantur de felici omine, quod referente Svetonio illi obvenerat in Hispania, ubi anulus repertus fuerat opere antiquo sculptura gemmae victoriam cum trophaeo exprimente. Sed idem nomen Othoni convenire non poterat, aliter itaque ea vox interpretanda. Ac de virtute merito a Spanhemio explicatur.

AVTOK MAPK ΟΘΩΝΟΣ ΚΑΙΣ ΣΕΒ Caput Othonis laureat.

L A Caput Serapidis cum modio in capite. Ær. 2.

...OK MAPK ΟΘΩΝΟΣ ΚΑΙ....... Caput Othonis laur.

L A Anno primo Caput Isidis cum flore loti in vertice. Ær. 2. Tab. XVI. n. 67.

.... MAPK ΟΘΩΝΟΣ ΚΑΙΣ.... Caput laur.

L A Caput Isidis, ut in superiori. Ær. 2.

De disco inter duo cornua loco floris loti in vertice Isidis Cl. Zoegae haud assentiendum puto. In utroque enim

nostro flos loti clare conspicitur. Nisi forte sint diversi, cum in eo Zoegae L A sit in adversa. Accedit tertius praecedentibus similis viridi antiqua, crassiorique aerugine obductus, quae tamen intactam reliquit epigraphen, et imagines.

.... PK ΟΘΩΝΟΣ ΚΑΙΣ.... Caput Othonis laureatum.

L A Canopus cum calantica, et flore in capite. Ær. 3.

Si rationem postulas, cur in trimestri Othonis imperio non pauci apud Antiochiam Syriae, et in Ægypto editi fuerint nummi, qui tamen magno in pretio habentur, ita ut nec splendidiora Cimelia iisdem magnopere abundent, Tacitum adi Hist. I. 76, apud quem haec leguntur: *longinquae provinciae, et quidquid armorum mari dirimitur, penes Othonem manebant...... Judaicum exercitum Vespasianus, Syriae legiones Mucianus sacramento Othonis adegere. Simul Ægyptus, omnesque versae in Orientem provinciae nomine ejus tenebantur*. Quae causa simul extitit, ut illae in suis edendis nummis ea sphalmata admiserint, de quibus paulo ante diximus.

AVLVS VITELLIVS

..ΤΟΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙΣΑΡ ΟΥΙ....... *Imp. Caesar Vitellius.* Caput Vitellii laureatum.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ Clypeus Macedonicus. Ær. 2. Tab. XVI. n. 68.

Alius similis, sed capitis epigraphe vitiata, integra manente ea aversae, quae eadem, ut in praecedenti descripta. Ær. 2.

Quamvis praestantiss. Eckhel. T. VI D. N. V. pag. 318, nec non T. IV. pag. 96 sub Achilleo merito in suspicionem vocaverit plurimos nummos a Cl. Sestinio vulgatos Epist. T. IV. p. 86, et seqq. de quibus tamen Cl. Auctor se ipsum ingenue retractavit in Praefatione Libri Descript. N. V. pag. IX, et seq., ab eo numero certe eximendi Vitellii nummi

Macedonum, quos iterum idem Sestin. describit eo ipso in libro pag. 87 ex pluribus archetypis, ut ipse testatur, tam Musei Cusineriani, quam Ainseliani, quibus adjungendus hic noster sine dubio genuinus, quamvis in odium Vitellii, et assentationem Vespasiani ejus nomen data opera vitiatum fuerit, ut et tota inscriptio capitis in altero deleta, manente integra aversae partis. Vultus ipse in utroque, qui nihil cum eo Vespasiani, aliorumque affinitatis habet, de Vitellio dubitare non sinit. Alterum ejusdem Vitellii in Macedonia pariter signatum vide apud Pellerinium Lettres pag. 5. Tab. 1. fig. 2.

NVMMI AEGYPTII

ΑΟΥ ΟΥΙΤ ΚΑΙΣ .... *Aulus Vitellius Caesar* Caput Vitellii laureat.

L A Caput Serapidis cum modio in capite. Ær. 2. Tab. XVI. n. 69.

Mirum videri non debet si nummi Vitellii Vrbium liberarum, atque Alexandrini, ut iste, Othonianis sint rariores, quamvis Vitellii principatus, ex quo primum ab exercitu Germanico Imperator salutatus fuerat, integrum fere annum V. C. Varr. DCCCXXII complectatur, paucis demptis utrimque diebus; ille vero Othonis vix trimestre spatium excesserit. Nam eodem anno usque ad Othonis mortem, quae contigit biduum, vel triduum ante diem XIX Aprilis, qui erat postremus ludorum Cerealium, quo die a Bebriaco non longe a Cremonensis Coloniae, patriae meae finibus, Romae in theatro publice nuntiata fuerat, transmarinae provinciae, ut paulo ante ex Tacito vidimus, in Othonis fide tenebantur, imprimisque Ægyptus. Kalendis vero Juliis ejusdem anni Vespasianus in ipsa Vrbe Alexandria, legionibus in ejus verba jurantibus, imperium primo suscepit. Hinc reliqui tantum supersunt Majus mensis, et Junius cum dimi-

dio fere Aprili ejusdem anni V. C. DCCCXXII, quo tempore nuntius de voluntaria Othonis morte afferendus Alexandriam ac subinde nummi in Vitellii honorem signari potuerint. Praenomen Auli scribitur in nostro per ΟV, sic ΑΟV, apud Zoeg. per ΑΥ, idest ΑVΛΟV, in primo vero per Ω, nempe ΩΛΟV, quod minime caret exemplis. Vide Eckhel. D. N. V. T. IV. p. 56.

FL. VESPASIANVS

ΑVΤΟΚΡΑΤ ΚΑ........ ΣΙΑΝΟΥ Caput Vespasiani laureatum versus d.

ΕΤΟΥΣ ΝΕΟV ΙΕΡ... Η *An. novo sacro* VIII Aquila explicatis alis fulmini insistit: in area palmae ramus ad d. Arg. 1. Tab. XXXIX. fig. 60.

Nihil similius hoc praestanti tetradrachmo argenteis Antiochenis Neronis cum duplici epocha, quae suo loco descripta, ac delineata invenies. In Catalogo, quem dedit horum numismatum Eckhel. T. IV. D. N. V. p. 414 nullum extat, vel Vespasiani, vel Titi cum aquila, quae fulmini insistat, cujus loco adest clava. E contra in Galba, Domitiano, et Nerva aquila semper fulmini insistens describitur. Jure itaque ita nostrum, ut trium horum Imperatorum tetradrachma Antiochiae Syriae assignandum. In quo consentit Eckhel. cit. loco; verum quae idem Cl. Vir enumerat in Vespasiano, et Tito cum aquila clavae insistente, utrum Antiochiae pariter cum eodem sint adscribenda, vide quae contra a me asseruntur in nummis Trajani arg. cum ΔΗΜΑΡΧ ΕΞΟVΣΙΑΣ etc.

ϹΕΒ.... ΤΟϹ Caput Vespasiani laur.

ΑϹ ϛΟΡ An. CCLXXVI Figura militaris, d. elata cum flagro, in sin. lauri ramum gerit cum clypeo. Duplex Ær. 2. Tab. XVI. n. 70.

.... ΓΕΒ..... Caput Vespasiani laureatum.

ΑϹΚΑ.... In area ΑΠΡ Anno CXXCI. Astarte cum at-

tributis, et in area hinc tridens, inde columba. Ær. 2. Tab. XVI. n. 71.

Ex epocha Vespasiano adscribendus nummus uterque ined., de quibus vide in lib. n. de Num. Imp. cum not. chronolog.

ΟΥΕϹΠΑϹΙΑΝΟϹ ϹΕΒΑϹΤΟϹ Caput Vespasiani laureatum.

ΚΟΙΝΟΝ ΚΥΠΡΙΩΝ ΕΤΟΥϹ Η *Commune Cypriorum Anno VIII.* Templum Veneris Paphiae. Ær. 2.

Probavimus jam in simili nummo Galbae, annum civilem Cypriorum post solstitium aestivum, nec ultra Januarium mensem initium habuisse, eosque Imperatorum Romanorum principatus annos cum anno suo civili conciliare consuevisse. Cum ex Tacito Hist. II. p. 79 constet, ex quo Kal. Juliis legiones, quae erant Alexandriae, Vespasiano imperium detulerant, exinde factum, ut is principatus dies primus imposterum celebraretur; hinc patet quo anno signatus dicendus sit nummus cum notis suprascriptis ΕΤΟΥΣ Η anno VIII, habita ratione ejus methodi, qua Cyprii annos Imperatorum cum suo civili comparabant. Cum itaque exprobatis in nummo Galbae ipsorum anni civilis Neomenia incidere debuerit post solstitium aestivum, et post Kal. Jul. non ultra tamen proximum Januarium, hinc sequitur Cyprios ante exitum mensis Januarii anni V. C. Varr. DCCCXXIII signare debuisse annum imperii Vespasiani secundum. Igitur ante exitum Januarii anni V. C. Varr. DCCCXXIX annum ipsius imperii VIII ex post Kal. Julias praecedentes.

ΑΥΤΟΚΡΑ ΟΥΕϹΠ..... ΡΙ ϹΕΒΑϹΤ.... Caput Vespasiani laureatum.

ΒΑϹΙ ΑΓΡΙΠΠΑ ΕΤ ΙΑ Anno XI, Mulier stolata cum parvo tutulo in capite stans, d. binas spicas, s. cornucopiae. Ær. fere 1. Tab. XVI n. 72.

Notae ΕΤ ΙΑ, quae nunc primum innotescunt interjectas habent spicas, et lit. Ε aliquanto minor caeteris ob spatii angustiam. Eae vel ab anno primo regni Agrippae II,

vel ab epocha Neroniana ab eo instituta numerandae. Cum utraque enim recte conciliantur, ut fusius demonstravimus, ubi de Regis Agrippae nummis Musei nostri ineditis egimus Reg. p. 45, et seqq. Epocha Neroniana ducenda ab anno V. C. Varr. DCCCXIII, altera ab an. DCCCI vere ineunte.

AV.......... ΚΑΙCΑΡΙ CΕΒΑCΤѠ Caput Vespasiani laureatum.

...ΚΓ ΒΑ *Anno XXIII Regis*

ΑΓΡΙΠΠΑ *Agrippae* Mulier stolata cum tutulo in capite stans, d. spicas, sin. cornucopiae. Ær. fere 1. Tab. XVI. n. 73.

Hic quoque nummus cum notis ΚΓ nunc primum in lucem prodit. Censent Froelich. Eckhel., aliique editos hujusmodi nummos Vespasiano vita functo, sed abest Divi titulus. Hinc nostra fert opinio notas ΚΓ, ut et ΚΘ ab anno primo Regni Agrippae potius computandas. Vide cit. superius loco.

ΑVΤΟΚΡ ..... ΚΑΙCΑΡΙ CΕΒΑCΤΩ Caput Vespasiani laureatum.

ΕΤΟV Κϛ ΒΑ An. XXVI

..ΓΡΙ ΠΠΑ Regis Agrippae

Mulier tutulata stolata stans, d. spicas, s. cornucopiae. Ær. fere 1.

De hoc pariter anecdoto vide cit. superius loco.

... ΟVΕCΠΑ...... Caput Vespasiani laureat.

ΤΙΤΟC ΚΑΙ ΔΟ........ Capita Titi, et Domitiani sine laurea se respicientia. Ær. 2.

Vrbis incertae.

NVMMI AEGYPTII

ΑVΤΟΚ ΚΑΙΣ ΣΕΒΑ ΟVΕΣΠΑΣ..... Caput Vespasiani laureatum. In area L Α.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ Genius Vrbis Alexandriae habitu brevi

cum cothurnis, proboscide in capite, et hasta, cujus extrema pars in florem trifidum desinit, d. elata corollam. In area lituus. Ær. 2.

Annus iste L A non a Kal. Jul. An. V. C. Varr. DCCCXXII, quo die primum Vespasiano in ipsa Vrbe Alexandria a legionibus delatum fuit imperium, sed a die XXIX Augusti ejusdem anni computandus. Quod ex ipsis nummis Alexandrinis clare eruitur. Sub anno primo ejusdem Vespasiani describitur apud Zoegam typus iste aversae partis L A. ΕΙΡΗΝΗ. *Caput Pacis, pone caduceus*. Nisi devicto, interfectoque Vitellio pax ulla haberi, aut intelligi potest. Atqui annus I, L A a Kal. Jul. incoeptus, ex Ægyptiorum methodo exiisset die XXIIX Augusti ann. 5.5 DCCCXXII, Romae adhuc Vitellio imperante ad exitum fere ejusdem anni DCCCXXII, quo jam tempore numerari debuisset annus Alexandrinorum II L B, ac nondum commissum fuerat praelium apud Cremonam, quo superatus Vitellii exercitus, post quam victoriam ipse Dux *Antonius Primus* ad Vrbem advolans, ac prope moenia positis castris adhuc turbata omnia invenit, ac initio praevalentibus Vitellianis ipsius Vespasiani frater Flav. Sabinus misere interfectus fuit, ac incendio conflagrato Capitolio, aegre Domitianus a vitae discrimine ereptus, donec Vrbem ingressi demum Antoniani milites Vitellium e latebris extractum atrocem in modum confecerunt exeunte mense Decembri anni suprascripti DCCCXXII. Qui ergo fieri poterat, ut ab Alexandrinis nummi ederentur cum Pacis epigraphe, et symbolis ante id temporis? Cum anno nempe primo L A, cujus initium ducendum foret a Kal. Jul., finis vero statuendus nondum bimestri elapso, die nimirum XXIIX Augusti ejusdem anni DCCCXXII?

Sed aliud quoque invictum exhibent argumentum numismata Titi, in quibus ipse Titus inscribitur CAESAR AVG F DES, vel DESIG IMP, Titus paludatus stans, d. hastam.

AVG F COS DES IT S C Domitianus adversus stans.
IMP CAES VESPASIAN. AVG PM TR PPP COS III.
Caput Vespasiani laureatum.
T. IMP CAESAR COS DES II
CAESAR DOMIT COS DES II. S C. Vterque Caesar stans, ut in praecedenti, aversa incerta.

Ex his Eckhel. Doctr. N. V. T. VI pag. 351 merito infert Titum anno V. C. Varr. DCCCXXIV, quo Consul III processerat Vespasianus pater, Titus vero inscribebatur COS DES II Titum ipsum *Imperatorem* primo designatum, tum absolute *Imperatorem* collegam cum patre factum fuisse. His positis nummos hosce comparemus cum altero Alexandrino ex Museo M. D. apud Zoegam pag. 42 n. 13. Pars adversa sic se habet, ut n. 8.

ΑΥΤΟΚ ΚΑΙΣ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΥ L B. Caput laureatum.
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΤΙΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟC Caput laureat. arg.

Si computationem instituamus anni II. L B a Kal. Jul. anni V. C. Varr. DCCCXXII, quibus Vespasianus Alexandriae primo a legionibus Imperator salutatus fuit, annus iste II exiisset die XXIIX Augusti insequentis anni DCCCXXIII. *Imperator* itaque collega cum patre ante eum diem jam Titus constitutus fuisse dicendus esset, contra fidem nummorum commatis romani, quos ex Eckhelio ipso attulimus. Neque etiam suspicari fas est, de titulo, qui ei accessit expugnata Hierosolyma. Ea enim victoria contigit die II Septembris anni V. C. DCCCXXIII, transacto ex hypothesi L B. Non injuria igitur mihi dissentiendum a calculis, quos idem praestantiss. Vir instituit D. N. V. T. IV p. 57 de annis Alexandrinis Vespasiani Principis, nec immerito suspicari fas erit de nummo Bellej, quem ibidem citat cum notis L IA. Aut certe statuendum sibi non constitisse Alexandrinos in computandis annis Vespasiani. Quae autem animadvertit idem Eckhelius sub Tito pag. 361: *Alexandrinos minus religiosos* Αὐτοκράτορος *titulum Titi nomini passim*

praeposuisse, verissima quidem sunt; sed illud aeque certum est *Imperatoris* titulum in nummis Alexandrinis signari non potuisse, ante quam Titus, vel a militibus expugnata Hierosolyma, vel Romae a Vespasiano patre illum accepisset. Quod tamen sequeretur, ut probatum est, si a Kal. Jul. anni V. C. Varr. DCCCXXII initium fieret numerandi notas in nummis ipsius Titi Alexandrinis.

ΑΥΤΟΚ ΚΑΙΣ ΣΕΒΑ ΟΥ....... Caput Vespasiani laureat.

L B Anno II Caput Serapidis cum modio in capite. Ær. 2.

..... ΚΑΙΣ ΣΕΒΑ ΟΥΕΣΠ........ Caput Vespasiani laureatum.

L Γ Protome fluminis Nili cum corona arundinea, et cornucopiae ad humeros. Ær. 1.

ΑΥΤΟΚ ΚΑΙΣ ΣΕΒΑ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΥ Caput Vespasiani laureatum.

L Δ Caput Isidis cum flore loti in vertice. Triplex Ær. 2.

ΑΥΤΟΚ ΚΑΙΣ ΣΕΒΑ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΥ Caput Vespasiani laureatum.

L Δ Caput Serapidis cum modio in capite. Duplex Ær. 2.

Inter hosce V cum eodem anno L Δ sunt aliqui, quorum si faciem attendas, ad Titum potius referendi videntur, sed quod absit nomen Titi, non modo integrum, sed etiam per initialem lit. T singulos quosque Vespasiano potius adscribendos puto, idemque modo statuo de simili, quem attuli in lib. Vulg. Ærae.

.... ΣΕΒΑ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΥ. In alio ΑΥΤΟΚ ΚΑΙΣ ΣΕΒΑ....... Caput Vespasiani laureatum.

L E Caput Isidis cum flore loti. Duplex Ær. 2.

Inscriptio, et caput Vespasiani, ut supra.

L Σ Anno VII Caput Isidis, ut in superioribus. Duplex Ær. 2.

Alius, sed caput Serapidis cum modio. Ær. 2.

Nota in utroque scribendi formam habet literae Σ sic, ut in aliis nummis adnotavimus, praesertim Augusti, Cyzi-

cenorum, Neronis argenteo Antiochenorum, item Magnesiae ab Sipylo ejusdem, Elagabali Aradiorum etc.

NVMMI COLONIARVM

...CAESAR AVG VESPAS.. Caput Vespasiani nudum. *Imp. Caesar* etc.

COL..VL Colonus agens boves. Ær. 2.

Similes alii pariter habent COL IVL, vel COL IVL AVG omisso Vrbis nomine, qui tamen de Beryto Phoenices Colonia merito interpretandi. Vide Eckhel. D. N. V. T. III pag. 356. Idem ergo statuendum de hoc Vespasiani, itemque de simili Titi Aug. F. quem vide suo loco.

IMP CAES VESPASI AVG Caput Vespasiani laureatum.

COL IVL AVG CASSANDRENS Caput Jovis Ammonis cornu insigne. Duplex Ær. 2.

Cassandria Vrbs Macedoniae a Jul. Caesare Col. deducta, ab Aug. aucta.

FL TITVS AVG

T. CAESAR IMP. PONT Caput Titi Caes. laureatum.

S C in laurea. Ær. 2.

Ex Tabula Fastorum Sacerdotalium apud Grut. pag. CCC· col. 11. liquet Titum Caesarem ex S. C. adlectum fuisse ad numerum Vespasiano Aug. III, et Coccejo Nerva COS. P. R. C. An. DCCCXXIV. Itaque ab hoc tempore cusus nummus ab Antiochenis in gratulationis argumentum.

......ΤΟΣ idest ΣΕΒΑΣΤΟΣ *Augustus* Caput Titi laureat.

ΑΣΚΑΛΩ ΔΠΡ Anno CXXCIV. Astarte capite turrito stans, d. hastam in triangulum desinentem, sin. acrostolium gerit. In area hinc tridens, inde columba. Ær. 2. Tab. XVI n. 74.

De epocha in hoc nummo signata vide in lib. n. de Numm. Imp. cum notis chronol.

ΑVΤΟΚΡΑ ΤΙΤΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣ ΥΙΟΣ Caput Titi laur.

ΕΠΙ Μ ΜΑΙΚΙΟV ΡΟVΦΟV ΑΝΘΥΠΑΤΟV Fasciculus quinque spicarum. Ær. 3. Tab. XXXVII. n. 19.

Spectat hic nummus ad Bithyniae provinciam, ut ex aliis nummis ejusdem Proconsulis *Maecii Rufi* liquet, neque modo sub eodem Tito, sed etiam sub Vespasiano, et Domitiano. Hunc proferre placuit ob titulum ΑVΤΟΚΡΑ initio inscriptionis positum, quo confirmantur quae paulo ante dicta sunt: Graecas Vrbes minus castigate consuevisse sic nummos Titi inscribere etiam vivente patre, ut de hoc certe dubitari nequit, ob voces ΣΕΒΑΣ VΙΟΣ, omisso ΘΕΟV, sive divinitatis titulo.

ΑVΤΟΚΡ ΤΙΤΟΣ ΚΑΙΣΑΡ Caput Titi laureatum.

ΙΟVΔΑΙΑΣ ΕΑΛΩΚVΙΑΣ *Judaea devicta*. Trophaeum erectum, cui alligatus captivus ad imum jacens. Ær. 2.

Alii tres, sed Victoria scribens in clypeo palmae arbori appenso. Ær. 3.

Isti in Judaeae a Tito subactae memoriam editi, quod contigit Vespasiano patre COS. II. A. V. C. DCCCXXIII. Neque sane a me silentio praetereundi, licet editi, quod sint synchroni, et locupletissimi testes vaticinii Servatoris nostri de excidio Templi, et Vrbis Hierosolymae in justam, debitamque poenam execrandae Judaeorum perfidiae.

ΔΗΜ .... ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΚΑΙ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ Capita Titi, et Domitiani laureata, seque respicientia.

..ΠΙ Μ... ΑΝΤΩΝΙΟV ΥΙΟV ΖΗΝΩΝΟΣ In area superne ☒. Juppiter Philalethes stans, d. victoriolam, s. hastam. Supple ΕΠΙ ΜΑΡΚ etc. Ær. 2.

Nunc Musei Classensis.

In nummo Neronis apud Haymum Parte II pag. 237 mentio habetur Zenonis Zenon fil. hoc pacto ΖΗΝΩΝΟΣ ΖΗΝΩΝ VΙΟΣ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΖΜΥΡΝΑΙΩΝ. In uno apud Vail-

lant. ejusdem Vrbis, ejusdemque Neronis ΕΠΙ ΖΗΝΩΝΟΣ. Apud Pellerin. vero Mel. II p. 25 in Claudio ΠΟΛΕΜΩΝΟΣ ΤΟΥ ΖΗΝΩΝΟΣ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ; apud eundem denique sub Augusto pag. 13 in eadem semper Vrbe Laodicea Phrygiae memoratur ΠΟΛΕΜΩΝ ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΣ. Ex his porro optime jam conjecerat Eckhelius Num. Vet. p. 257, inter Polemonem, qui a M. Antonio Rex constitutus fuerat, et Zenonis familiam sanguinis conjunctionem intercedere debuisse. Quod hic noster nummus mirifice confirmare videtur ob Antonii nomen, quo Zenonis filius appellatur. Nam et Polemonem a M. Antonio maximis beneficiis affectum ob merita patris Zenonis Rhetoris Laodiceni, Strabone, et Dione testibus, ipsius Antonii benefactoris sui nomina sibi indidisse testantur Philostratus, et marmor Oxoniense. Hinc sua veluti sponte manat, et fluit, attento praesertim familiari Graecorum more, avorum nomina in filios transmittendi, id quoque in Polemonis, Zenonisque nepotibus servatum fuisse. Sed de his plura videsis in cit. Eckhelii libro.

Hoc postremo loco non est omittendus Catalogi Theupolit. nummus, qui p. 855 ita describitur.

ΔΗΜΟΣ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠ Capita Titi, et Domitiani adversa.

ΑΥΤΟΚΡΑΤ ΤΙΤΟΣ ΑΝΤΟΝΥ ΚΑΙ ΑΡΚΟΥ ΝΕΡΩΣΤΟ Vir barbatus stans d..... s. baculum demissum.

Facile est conjicere nummum hunc in aversa parte detritum fuisse, ac in ea Jovem Philalethem agnoscendum esse, atque epigraphen, quae mire depravata obtruditur, de Antonio Marci Zenonis fil. interpretandam esse.

... ΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣ ΑΥΤΟΚΡ... Caput Titi laureat.

ΦΛΑΟΥΙ ΝΕΑΠΟΛ ΣΑΜΑ L Θ Anno IX. Palma arbor. Ær. 3. Tab. XXXVI n. 16.

... ..ΑΙCΑΡ CΕΒΑ ΑΥ...... Caput laureatum.

.... ΝΕΑ CΑΜΑ L ΑΙ Duplex palmae ramus ex uno stipite emergens. Ær. 3. Tab. XXXVII. n. 17.

...... ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΥΤΟ..... Caput Titi laureatum.
ΦΛΑΟΥ ΝΕΑΠΟΛ ΣΑΜΑΡΕ L ΑΙ *Flaviorum Neapolit. Samarias Anno XI.* In laurea. Dupl. Ær. 2. Tab. XXXVII. n. 18.

Dubitat Cl. Eckhel. D. N. V. T. III p. 495, et 436 de hujusmodi nummis num Tito, an Domitiano sint adscribendi, ac potius secundo ex notis adjudicandos censet. Sed illi, quos citat ex Vaillantio carent anterioris partis epigraphe. Tres hi nostri ob titulum ΑΥΤΟΚΡ in fine inscriptionis, totamque epigraphen ab ea diversam, quae in Domitiani nummis legitur, quaestionem dirimunt, et uni Tito referendos suadent. Vide sub hac Vrbe in lib. n. de Num. Imp. cum notis chronol.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΙΤΟϹ ΚΑΙϹ ϹЄΒΑϹΤΟϹ Caput Titi laureat.
ЄΠΙ ΠΑΝϹΑ ΠΡЄϹΒЄΥΤΟΥ. ЄΤ. Ι Sub Pansa Legato An. X. In laurea. Ær. 2. Tab. XVII. n. 75.

Ad Caesaream Cappadociae referendus, et ob notas anecdotus. Similis quidem extat apud Vaill., sed cum anno Γ. Meus integerrimus de lectione notae Ι, ann. X non sinit dubitare. M. Neratii Pansae Legati mentio fit non modo in nummis Communis Galatiae, sed etiam in iis Vrbium Cappadociae. Inquiri potest, quid exprimat nota Ι, quae nulla ratione cum brevissimo Titi imperandi tempore conciliari potest. Eadem Tribunic. potestatem designari existimo, quam Titus a patre acceperat, inieratque Kal. Jul. anni V. C. Varr. DCCCXXIV. Ex qua computatione Titus moriens Id. Septembr. Anni V. C. Varr. DCCCXXXIV numerabat tribunic. potestatem XI. Simile quid occurrit in nummis Caracallae Caesareae Cappadociae, quorum uberrimum Elenchum exhibuit Eckhel. Doctr. Num. T. III pag. 188, et seqq. Habes ibidem in serie nummorum Caracallae notas Β, et sequentes quamplures intermedias usque ad ΙΘ, ad annum nempe XIX. Caracalla anno V. C. Varr. DCCCCLI ante mensem Aprilem cum Augusti titulo a patre tribu-

nic. potest. consors factus fuerat die natali suo, qui fuit a. d. VI Id. April. Idem Caracalla Macrini dolo interficitur anno V. C. Varr. CMLXX. Recte igitur se habet computatio not. IΘ, sive eas iteraveris, ex quo primum tribunic. potestate donatus fuit Caracalla; sive eandem computationem instituas a Neomenia anni civilis ex methodo Cappadocum, de qua plura egregie commentatus est Bellejus B. L. T. XXXV. pag. 624. Cl. Sestinius, qui hunc nostr. affert Descript. Num. V. pag. 484, alterum addit cum monte Argaeo Domitiani jam Augusti cum eodem anno L I An. X., qui utique ab initio ejus imperii computandus.

ΚΑΙϹΑΡΕϹ Capita Titi, et Domitiani se respicientia, utraque laureata.

ΚΩΙΩΝ ΥΓΕΙΑ Hygia talari veste stans, v. d. laeva pateram sustinet, et serpentem ad illam assurgentem pascit. Ær. min.

In nummis etiam Nicaeae, Nicomediae, et Amastrianorum legitur ΘΕΑ ΥΓΕΙΑ. In Vrbe vero Coensi maximus cultus Aesculapii, et Deae Salutis.

ΤΙΤΟϹ Κ........ ΝΟΥ ΥΙΟϹ Caput Titi laureat. v. d. Supple *Caesar Vespasiani fil.*

ϹΑΜΙΩΝ ΔΟΜΙΤ...., ΚΑΙϹΑΡ Caput Domitiani laureat. ad d. Ær. 2.

Si metallum purioris notae, et utriusque imaginis elegantiam respicias ad aliam Vrbem nummus referendus videretur, nisi obstaret vox integra, et perspicua ϹΑΜΙΩΝ. Multum sane ab eo splendore decidit jam inde a Septim. Severi temporibus, ita ut deinceps ejus nummi sint adeo rudes, ut de eorum germana antiquitate non semel suspicio oriatur. Iste inter paucos primae, feliciorisque Caesarum aetatis recensendus.

ΤΙΤΟϹ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡΕΣ Capita Titi, et Domitiani laureata, seque respicientia.

ΖΜΥΡΝΑΙΩΝ ΕΡΜΟΣ ΕΠΙ ΒΩΛΑΝΟΥ Fluvii figura medio virili corpore nuda, ac barbata jacens, d. binas spicas, s. cornucopiae, et ad latus urceus aquam effundens. Ær. 2. Tab. XVII. n. 76.

Alius parum dissimilis. Ær. 2.

In editis anterioris partis inscriptio diversa, et caput Domitiani sine laurea. Sed hosce exhibendos duxi, quod aptos censeam ad controversiam dirimendam, quam excitat Eckhel. D. N. V. T. II pag. 560, quaerens utrum sub nomine Hermi intelligendus sit fluvius, an vero magistratus alter Smyrnaeorum proprius. Praestat itaque animadvertere in meis duobus autonomis e diversa typaria forma profectis fluvium Meletem Smyrnae Vrbis imberbem, totoque corporis habitu juvenili repraesentari; idemque conspici in altero simili Pelleriniani Musei Pop. II. p. 92 Tab. LVIII n. 50. Ac jure merito id factum, ut in autonomis animadvertimus; quod nempe teste Plinio, Meles amnis Homeri natalibus, et cantu celebratus non longe a Smyrna ortum haberet. In hisce vero duobus nummis, praesertim primo integerrimo cum capite Titi, et Domitiani fluvii figura virili corpore, virili aspectu, ac barba conspicua sese offerat. Quod idem videre licet in meo autonomo cum Herculis imagine, et Frontini Proconsulatu Tab. XI n. 115; idem in iconismo nummi Neronis sub Hermogene apud Vaill. de Num. Graec. in fine Tabula III. Idipsum denique in aliis pluribus, quamvis in omnibus fere hujus generis nomen fluminis reticeatur. Cum haec igitur ex nummis ipsis Vrbis Smyrnae certo constent, jure sane inferre oportebit praeter Meletem fluvium alterum agnoscendum esse, qui ad eandem Vrbem spectaret, et in ejus pecunia insculperetur, omisso fortasse nomine fere semper, quod notissimus esset, et proximos ejus agros irrigaret, ut de Hermo flumine mox videbimus. Porro si cum Eckhelio unus amnis Meles, qui quidem imberbis pingitur, admittendus foret, atque Hermus fluvius excludendus, nescio de quo

altero flumine ea figura virilis, et barbata sit accipienda. Haud equidem de Marono, vel Magrono, non de Regino, aut de Claro, non denique de Caleonte, ut novissime Cl. Sestinio visum est. De his enim nulla certa mentio apud veteres Scriptores, quod ad Vrbem Smyrnam pertinerent, tum etiam a praestantiss. Viris Pellerinio, et Eckhel. probatum est iis nominibus Vrbis magistratus contineri. Hermus vero fluvius in veteri historia memoratur, imprimisque a Plinio lib. V. cap. XXIX ita scribente: *A Smyrna Hermus campos facit: et nomini suo adoptat*. Ortum suum habebat in Asia minori in monte Dindymenae sacro: per Phrygiam, Sardianosque Lydiae campos transibat, atque plures illustres Vrbes ex nummorum fide alluebat, ut Bagarum Lydiae, Cadorum Phrygiae, Cymes Aeolidis, Magnesiae Saettenorum, Sardium, et Tabalorum Lydiae, Temnique Aeolidis. Quibus certe addenda Smyrna, cujus campos irrigando feraces praesertim frumento reddidisse ostendit ipsa fluvii figura in suprascriptis nummis, quae binas in dextra spicas gestat, secus ac in amne Melete conspicitur, qui arundinem dextra gerit. Quamquam autem non diffitear in Smyrnaeorum nummis aliquando Hermi nomen magistratum designare potuisse, non tamen ex hoc sequitur etiam absente titulo ΣΤΡΑ, ut in nostris suprascriptis nummis, illud idem de magistratu semper interpretandum esse, ac celebrem ejusdem nominis fluvium, a Smyrnensi moneta perpetuo excludendum esse.

ΑVΤΟΚΡ ΤΙΤΟC.......... Caput Tili laureatum.

... LHI BA

ΓΡΙΠΠΑ Anno XVIII *Reg. Agrippae*. Victoria gradiens cum coronâ. Ær. 2. Tab. XVII. num. 77.

Quamvis in hujusmodi nummis juxta Hebraeorum morem ex notis chronologicis ea, quae major est minori anteferri soleat; in hoc tamen contrarium evenit, cujus rei alia non desunt exempla. Annus iste caeteris minor, qui

haetenus editi fuerint, et ab Æra Neroniana commode ducendus, ut in Regum Serie dictum est.

ΚΑΙΣΑΡ Τ..... Caput Titi laureat.

AVT Κ ΟV......... Caput laureat. Vespasiani. Ær. 2.

In Vrbe incerta cusus nummus.

.... ΤΙΤΤΩ ΚΑΙΣΑΡΙ Caput Titi laureat.

ΔΟΜΙΤΙΑΝΩ ΚΑΙΣΑΡΙ Caput Domitiani laureat. Ær. 3.

Notandum utriusque Caesaris caput laurea ornatum, et Titi nomen duplici ΤΤ scriptum. Nummus nunc Classensis.

NVMM. AEGYPT.

ΑVΤΟΚ ΤΙΤΟV ΚΑΙΣ ΟVΕΣΠΑΣΙΑΝΟV ΣΕΒ Caput Titi laureatum.

ΟΜΟΝΟΙΑ Mulier stolata sedens ante arulam, d. florem, pede sinistro prorae navis imposito. Caret epocha. Arg.

NVMMI COLONIARVM

.... AVG F Caput Titi nudum.

COL IVL. Colonus agens boves. Ær. 2.

Vt de simili diximus in Vespasiano patre, ita et iste, quamvis nomen Vrbis praetermissum, ad Berytum Phoeniciae Coloniam referendus.

...... AESAR IMP VESP........ Caput Titi laureatum.

C. I. F. AN. CXIIX Venus nuda in templo duarum columnarum, d. columbam gerit. Ær. 2. Tab. XVII. num. 78.

Etiam in nummo Augusti desideratur lit. S, quin tamen de Col. Jul. Felici Sinopensi dubitandum sit, a qua hujusmodi nummi profecti sint. Epocha aeque Vespasiano, ac Tito convenire potest, sed ex praemisso titulo CAES ante IMP, tum ex lineamentis vultus nummum Tito potius ad-

scribendum judico. De hisce notis, quae nondum editae sunt, vide in lib. de Num. Imp. cum notis chronol. Addendus autem numm. Catalogo, quem Eckhelius ex Bellejo, aliisque exhibet in lib. de Doctr. N. V. sub hac Vrbe.

T. IMP. VESPASIANVS AVG... COS VI Caput Titi laureatum.

......IVM STOBENS. *Municipium Stobensium* Templum tetrastylum, in quo figura. Ær. 2.

Nota consulatus VI etiam apud Vaill. habetur, licet adversae partis inscriptio diversa sit.

IVLIA TITI AVG F

IΟVΛΙΑ CEBACTH Caput Juliae proprio capitis ornatu.

ΕΠΙ ΦΛΩΡΟV ΑΝΘΥ CΜΥΡΝΑΙΩΝ Cybele crotalo innixa sedet. Ær. 3 Tab. XVII. n. 79.

Tres Juliae Titi nummos similes viderat Haymus in Cimeliis Britannicis, sed in omnibus nomen Proconsulis vetustate deletum invenerat, ut ipse testatur Tom. II. pag. 251, ac videre licet in eo, quem exhibet Tab. XXX n. 6. Idem accidit alteri, quem ex Thesauro Regio Galliae Vaillantius describit, nullo insuper adjecto lacunae indicio. Apud Pellerin. denique Mel. II pag. 42 similis nostro ita describitur:

IΟVΛΙΑ CEBA..... Caput Juliae.

ΖΜΥ.......... ΟΥ ΑΝΟΥ Mulier sedens, d. pateram.

Supplendus itaque tum iste Pellerinii, tum caeterorum, ut supra ΕΠΙ ΦΛΩΡΟV ΑΝΘΥ CΜΥΡΝΑΙΩΝ. Ex quo etiam Florus iste caeteris jam notis Asiae Proconsulibus adjiciendus.

In Catal. Hennericiano p. 587 huic nostro similem jam descriptum invenies, sed mendose effertur Proconsulis Flori nomen, graece per Ο ΦΛΟΡΟV, loco ΦΛΩΡΟV cum Ω, quo ex fonte idem error in Eckhelii, et Sestinii libros propagatus. Hunc Florum non alium esse putaverim, quam

Mestrium Florum virum consularem a Svetonio memoratum, quem a Vespasiano, eo quod plaustrum, non *plostrum* diceret, *Flaurum* salutatum scribit.

De Julia Titi in hoc nummo quis ambigat? cum more Domitiae, caeterarumque ejus aetatis matronarum Vrbis caput adornatum ferat, de quo Juvenalis synchronus poeta argute, festiveque, ut assolet, ita canit Sat. VI.

Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum
Aedificat caput; Andromachen a fronte videbis
Post minor est.

FL DOMITIANVS AVG

AVTOKP........ NOC C Caput Domitiani laureatum.

ΑΜΦΙΠΟΛΙΤ...... Mulier turrita, stolata stans, dext. taedam, vel facem oblongam, ad pedes clypeus, quem laeva manu sustinet. Dupl. Ær. 3.

IMP. DOMITIANVS CAES AVG Caput Domitiani laureat.

S C In laurea.

A Ær. 2.

Notae in hoc, alioque in imo adjectae A, Z, et lit. O in hic tenus editis desiderantur.

.... TOΣ Caput Domitiani laureatum ad sin.

ΑCΚΑΛΩ ΘΠΡ A. CXXCIX. Astarte in prora navis stans. In area columella. Dupl. Ær. 2. Tab. XVII. n. 80. A

Alius, sed caput Domitiani ad d. Ær. 2.

ΣΕΒΑCΤΟC Caput Domitiani laureatum.

ΑΣ ΗϘΡ A. CXCVIII Figura militaris stans cum gladio elato supra caput in d., sin. vero palmae ramum, et clypeum gerit. Ær. 3. Tab. XVII. n. 80. B

De hac, et superiori nota agitur in lib. n. de Num. Imp. cum not. chronol.

AVTOK ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ Caput Domitiani laureat.

ΑΠΟΛΛΩΝΙ. ΡVΝΔΑ Apollo nudus stans, d. pateram, s. florem. Ær. min. Tab. XVII. n. 81.

In nummis hactenus editis Apolloniae Mysiae, vel juxta alios Phrygiae, nomen Vrbis integre semper scribitur ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ, vel ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ, flumen autem, a quo alluebatur innuitur, vel nominandi casu, vel addita praepositione ΠΡΟΣ ΡΥΝΔ, vel ΡΥΝΔΑΚΩ. Iste propterea Apollini dicatus videtur, a quo Vrbs ipsa appellabatur, eidemque sacrum fuisse flumen, a quo illi fuerit Rhyndaci nomen inditum, ut Apollo Actius ab Actio Epiri Promontorio, ΖЄVC ΛVΔΙΟC a provincia Lydiae nominantur etc. Quapropter caeteris Apollinis titulis, Rhyndaci quoque addendus.

.... ΤΟΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙCΑΡ ΔΟΜΙΤΙΑΝ .... Caput Domitiani laureatum.

ЄΦЄCΙΩ..... ΜΑΡΝΑC Fluvius imberbis decumbens urceo vomenti aquam s. innititur, simulque sustinet cornucopiae, d. arundinem. Ær. 2. Tab. XVII. n. 82.

Praeter Cenchrium, et Caystrum fluvios in nummis Ephesi memoratos, sese offert etiam in hoc fons Marnas, de quo altum apud veteres Scriptores silentium. Jungitur in numismate Musei quondam Albani cum uno ex duobus memoratis supra, ita tamen, ut ille decumbat more solito, et vultu barbato, iste vero in area sedeat imberbi facie urnam d. tenens, ex qua unda profluit, adscripto nomine, ut supra ΜΑΡΝΑC. Hinc suspicari nequit cum Harduino hac voce *Jovem Marnam* subintelligendum esse, cujus cultus apud Gazenses notissimus. Figura tamen fluvii in nostro imberbis quidem, sed non est puellaris. Vide in schemate.

ΔΟΜΙΤΙΑΝΟC ΚΑΙCΑΡ CЄΒΑCΤΟC ΓЄΡΜΑΝΙΚΟC Caput Domitiani laureatum.

ЄΠΙ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ ΡΟΥCΩΝΟC ΟΜΟΝΟΙΑ ЄΦЄ ΖΜΥΡ. Diana, et Amazon Smyrne habitu brevi adversae stantes, et haec quidem cum bipenni ad hum. sin., et

sceptrum in d., Diana vero cum luna crescente in capite, et pharetra ad humeros. Vtraque cothurnos habet in pedibus. Ær. 1. Tab. XVII. n. 83.

Proconsul iste, qui nunc primum innotescit caeteris addendus, quos enumerat Eckhelius in Vrbe Smyrn. Doctr. Num. T. II. pag. 555, et in Catal. Procos. Tom. IV. Non injuria conjicere fas est de hoc Rusone mentionem esse in Lapide apud Grut. pag. LXIV. 9, in quo legitur Aediculam, et Aram Herculis dedicatam fuisse Kal. Mart. *P. Calvisio Rusone*, *L. Caesennio Paeto Cos.* In nummis Ephesiorum Domitiae, et Domitiani frequens mentio *Caesennii Paeti Proconsulis*. Tempus itaque utrique convenit, ut qui simul consules fuerant, Ruso tamen ex suffectis, in eadem etiam provincia unus alteri successerit. Hinc consequens erit Rusonem Proconsulem ex Calvisia familia extitisse, qui Publii praenomen tulerit, Caesennius vero illud Lucii, quod in nummis omittitur. In Fastis ad annum V. C. Varr. DCCCXIV primus consul vocatur Caesonius Paetus, eique praenomen C. adjicitur Panvinii auctoritate, qui Plinium in testem advocat. Sed mihi incompertus Plinii locus, praeterea quo ad lit. initiales facilis commutatio in codicibus lit. C pro L. et vicissim; nummi denique, et lapides incorruptae fidei testes non Caesonium, sed Caesennium habent cum praenomine L, quibus potius lubens adhaeream. Ex hoc quoque praestanti nummo augendus Catalogus Familiarum. Nullos namque Eckhelius Tom. V. Doctr. Num. V. Calvisiae Familiae nummos recenset, quod nemo praeter Goltzium eorum meminerit. Habemus modo de ea genuinum testem, omnique exceptione majorem. Tacitus Annal. lib. VI Abudium quendam Rusonem sub Tiberio aedilitate functum memorat.

AVT ΔΟΜΙΤΙΑΝΟϹ ΚΑΙϹΑΡ ϹЄΒΑϹΤΟϹ ΓЄΡΜΑΝ Caput Domitiani laureat.

....ϹЄΝ ΠΑΙΤΟV ΑΝΘV ΟΜΟΝΟΙΑ ЄΦЄ ΖΜΥΡΝ Duae

Nemeses stantes dex. ori admovent, sin. altera rhombum, scipionem altera gestat. Ær. 2.

Nemesum attributa vide clarius expressa in nummo Gordiani Pii.

.... AN ... ΣΕΒΑ ... Caput Domitiani radiatum.

ΘΕΣΠ. ΕΩΝ Apollo muliebri veste rudi scopulo insidens, lyram sustinet. Ær. min. Tab. XVII. n. 84.

Nullum hujus Vrbis nummum cum alicujus Imperatoris imagine Vaillantius agnovit, nullum etiam Pellerinius. Vnus tamen sub Trajano describitur in Catal. Theup. quem ab Eckhelio praetermissum fuisse miror. Thespiae liberum Oppidum Boeotiae Stephano sub Helicone monte situm. Hinc Apollinis cultus, cujus lyra in ejus moneta Vrbica frequens. Laudatissimum erat apud Thespienses Cupidinis signum, propter quod unum visebantur Thespiae, ex Cicerone. Alium Domitiani refert Sestinius Descript. Num. V. p. 176 tanquam ex Museo Bracciano, quem ex meo depromptum suspicor.

ΔΟΜΙΤΙΑΝΟϹ ΚΑΙϹΑΡ Caput Domitiani laureat.

ΛΑΠΠΑΙΩΝ Apollo muliebri habitu stans, sinistra plectrum sustinet. Ær. 3.

Creticam hanc Vrbem, quae ad Occidentem posita erat, ab altera, quae in nummis ΛΑΜΠΑΙΩΝ inscribitur, et a Ptolemaeo ultima inter mediterraneas ad ortum recensetur merito diversam esse coniicit Eckhel. D. N. V. T. II p. 314.

.... ΜΙΤΙΑΝΟϹ ...... Caput Domitiani laureatum.

ЄΠΙ Τ.... ΠΩΝ ΒΑϹϹΟΥ ΠΡЄϹΒ... *Sub Tito Pomponio Basso Legato*. In imo ЄΤ. ΙΔ. An. XIV. Mons Argaeus, cum signo, sive statua pedestri in vertice, in cujus dex. globus. Ær. 2.

In simili apud Vaill. praeponitur nota, quae minor contra fidem nummi, ac methodum Caesareae Vrbis Cappadociae, ad quam pertinet.

De Neratio altero Galatiae, et Cappadociae Legato diximus paulo ante in nummo Titi.

ΔΟΜΙΤΙΑΝΟϹ ΚΑΙϹ......... Caput Domitiani laureat.

ΚΙΛΒ ΤΩΝ ΑΝΩ *Cilbianorum, qui supra*. In laurea. Vrbs Joniae. Ær. 2.

Clarius hic noster prae illo Pellerinii habet ΚΙΛΒ, non ΚΙΛ. Dicuntur Cilbiani τῶν ΑΝΩ ad discrimen eorum, qui Cilbiani τῶν ΚΑΤΩ vocabantur. Primi, sive superiores ex Plinio habitasse visi sunt in montibus circa fontes Caystri, qui ortum habebat in jugis Cilbianis; hi vero in planitie, campisque inferioribus, quos Strabo magnos, fertilesque appellat. Vide de hoc ipso nummo etiam Sestinium Descript. N. V. p. 417.

ΔΟΜΕΤΙΑΝΩ ΚΑΙϹΑΡΙ ϹΕΒ ΓΕΡΜΑΝΙΚΩ. *Domitiano Caesari Augusto Germanico*. Caput Domitiani laureatum v. s. In area ΒΛΡ An. CXXXII.

ΙΟΥΔΑΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. Caput femineum turritum, et velatum v. d. In area ΧΑ ΓΑ, ₪, aliaque signa. Quatuor Ærei 2. Tab. XVII. n. 85.

De epocha vide in peculiari lib. saepe cit.

ΑΥΤ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒ ΓΕΡΜ Caput Domitiani laureatum v. d.

ΝΙΚΑΙΕΙΣ ΠΡΩΤΟΙ ΤΗΣ ΕΠΑΡΧ ΤΟΝ ΚΤΙΣΤΗΝ Caput juvenile Liberi Patris corona hederacea revinctum. v. s. Ær. 1.

Nummus pulcherr. atque integritate conspicuus, nunc Musei Classensis Ravennae. Bacchum Nicaeae Conditorem designant alii non pauci nummi Imperatoribus dicati, qua de re vide Cl. Eckhel. T. II D. N. p. 424.

.... ΔΟΜΙΤ........ Caput Domitiani laureatum.

ΔΙΟϹ ΑΓΟΡΑΙΟΥ Aquila stans. Dupl. Ær. 3.

Ex utroque lectio emergit. Pertinent autem ad Nicaeam Bithyniae, licet Vrbis nomen minime adjectum fuerit ex aliis apud Tristan., et Sestin. De Jove Forensi, sive de Ju-

diciorum, et Conventuum Praeside merito videndus Harduinus de Num. Pop., et Vrb., ubi ex Pausania memorat apud Lacedaemonas in foro templa Διὸς Ἀγοραίου, et Ἀθηνᾶς Ἀγοραίας, sicut etiam ab eodem describitur in Corinth. *Mercurius Forensis*, et in Atticis Apollo Agoraeus.

Α..... ΚΑΙΣ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ ΣΕΒ ΓΕΡ Caput Domitiani laureat.

ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ Juppiter sedens d. pateram. Ær. 2.

ΑV....... ΜΙΤΙΑΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕ ΓΕΡ Caput Domitiani laureatum.

ΠΡΟV
ΣΙΕΩ
Ν In corona ex apio contexta. Ær. 2. Tab. XVII. num. 86.

Corona ex Apio in aversa parte ad Herculem Prusiadis Conditorem referenda. Nam in Nemeis certaminibus, quae in Herculis honorem celebrabantur victores sertis ex apio coronabantur: et Ovidius de hujusmodi coronis sic cecinit:

Ipse sibi talem prior imposuisse coronam
Dicitur Alcides

Cum autem duplex sit Prusias, ad quam nummus iste referri possit: una, quae ΠΡΟVCΙΕΩΝ ΠΡΟC ΥΠΙΩ, *ad Hypium* flumen, altera, quae ΠΡΟΣ ΘΑΛΑΣΣΗΙ *ad mare* nominatur, quae etiam CIVS dicta jam a tempore Claudii ex nummo Sestinii Lett. T. IV. pag. 103, in quo legitur ΗΡΑΚΛΕΟVΣ ΚΤΙΣΤΟV ΚΙΑΝΩΝ, in altero vero Domitiani in Catal. Theup. habetur cum Herculis figura ΤΟΝ ΚΤΙΣΤΗΝ ΠΡΟVΣΙΕΙΣ nullo addito loci indicio, incertum mihi utri ex duabus Vrbibus nummus sit adscribendus. Ac merito videnda, quae affert Sestin. Descript. N. V. pag. 269, qui stat pro prima ad Hypium, tum Eckhel. D. N. V. T. II p. 434, qui Prusiadem praefert, quae ad mare. In ejus tamen sententia, ne ipso quidem diffitente Eckhelio, dicendum foret

Prusiadem ad mare primo Cium in nummis se nominasse, tum Prusiadem, deinde vero ad antiquum nomen reversam esse, quod aegre admittendum videtur.

.... ΑΝΟϹ ΚΑΙϹΑΡ ϹЄΒΑϹΤΟϹ ΓЄΡΜΑΝΙΚΟϹ. Caput Domitiani laureatum.

ΔΗΜΟϹ ϹΑΡΔΙΑΝΩΝ ΔΗΜ... ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ...... ΝΙΑ Vtriusque Populi Genius sub figura togata, alter quidem senili facie barbata cum sceptro in sinistra, alter juvenili dextras jungunt. Ær. 2.

Confirmat iste lectionem Spanhemii ex nummo Regio, quem ipse viderat, atque descripserat, ut testatur T. I. p. 136, suspectam vero reddit eam Vaillantii, qui in simili legebat ΠЄΡΓΑΜΗΝΩΝ loco ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ. In figuris vero nec Jovem Sardianorum, nec Aesculapium Pergamenorum, ut Eckhelius Tom. III D. N. V. pag. 117 suspicabatur, agnoscere licet, cum sint figurae ab utroque plane diversae.

IMP DOM........ CAESAR Caput Domitiani laureat. cum signo incuso in facie, in quo XF.

ϹЄΒΑϹΤΗΝΩΝ Mulier turulata sedens, d. pomum, s. hastam, ad caput sellae mulieris notae ΗΡ An. CVIII. Ær. 2. Tab. XXXVII n. 21.

De simili nexu in notis habes exempla in nummis Neocaesareae, Trapezuntiorum etc. Nummi Domitiani, et Commodi hujus Vrbis sunt bilingues. Et in altero ejusdem Domitiani apud Norisium notae habentur ΘΡ, ϹΙΧ. Haec Vrbs, quae olim Samaria, post ejus eversionem a Gabinio Syriae Praeside restituta, ac deinceps ab Herode M. aucta, in honorem Augusti Sebastes quoque nomen ab eodem accepit. De notis vide in lib. saepe cit. de Epoch.

IMP D.......... AR Caput Domitiani laureatum.

ϹЄΒΑϹΤΗΝΩΝ Ipse Imperator militari habitu stans, d. trophaeum, s. hastam gerit. Ær. 3.

Hunc meum bilinguem Sestin. inter Saettarum Lydiae recenset Descr. N. V. pag. 434 n. 3 sub Hadriano. Sed venia

danda, nam nisi post detersam aeruginem nomen Vrbis clare emersit.

ΔΟΜΙΤΙΑΝΟϹ ΚΑΙ...... Caput Domitiani laureatum v. d.

ϹΙΔΗΤϢΝ Sidetum Pamphyliae. Ipse Imperator stans, laureatus cum chlamyde, d. pateram, s. hastam gerit. In area supra pateram malum punicum ejus Vrbis symbolum. Ær. 2.

ΔΟΜΙΤΙΑΝΟϹ ΚΑΙϹ Α ΓЄΡΜ Caput Domitiani laureatum.

ΤΟΜΙΤϢΝ. Victoria gradiens, d. coronam, sin. palmam. Ær. 3. Tab. XVII. n. 87.

Praeter hunc nostrum Domitiani, extat alter hujus Vrbis nummus Tiberii apud Sestinium Epist. T. IV pag. 91. Hinc falsa eorum opinio, qui praeeunte Harduino asserebant Tomitas ante Trajanum nummos Imperatoribus minime consecrasse. Haec Vrbs Ovidii exilio nobilitata.

IMP CAES DOMIT AVG GERM COS XIIII CENS PER P P. Caput Domitiani radiatum v. d.

ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ Mars nudus barbatus, galeatus stans, d. clypeum sustinet, s. hastam. Ær. 3.

In hoc Philippopolis Thraciae nummo epigraphe bilinguis, post Domitianum vero non item occurrit. Quod idem fere in Samaritidis Vrbe Sebaste paulo ante vidimus, unus enim in ea Commodi post Domitianum hactenus bilinguis editus pariter extat. Sunt autem ex hoc genere pauci, ut Caesareae Cappadociae, Judaici, Antiochiae Syriae, etc.

ΑVΤ ΚΑΙ.... ΜΙΤ ΥΠΑΤΟ ΓΙ *Cos.* XIII. Caput Domitiani laureatum.

Diana cum luna bicorni in capite habitu venatricis, d. spiculum e pharetra sumit, s. arcum gerit, sine epigraphe. Ær. 3.

Incertae Vrbis nummus. Cusus An. V. C. Varr. DCCCXL, quo Consul XIII processerat Domitianus.

ΑVΤ ΔΟΜЄΤΙΑΝΟϹ ΚΑΙϹ ϹЄΒ Caput Domitiani laureat.

ЄΠΙ ΚΑΙϹЄΝΝΙΟV ΓΑΛΛΟ.. Serpens erectus super aram.

Alium describit Vaillantius sub eodem Domitiano, sed in eo sunt bini serpentes sese implicantes, quem Nicomediae adscribit. Iste Caesennius ab eo diversus, qui Paetus nominatur, ideoque Catalogo Proconsulum Eckhelii addendus.

ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΥΙΟΣ Caput Domitiani laureatum.

ΕΠΙ Μ ΣΑΛΟVΙΔΗΝΟV ΠΡΟΚΛΟΥ ΑΝΘΥΠΑΤ Caput Palladis galeatum v. d. Ær. 3. Tab. XXXIX fig. 61. Nummus integritate praestans.

De hoc Salvideno Proconsule apud veteres Scriptores nullam mentionem fieri invenio. Q. Salvidienum memorat Dio Lib. XLVIII, additque illum obscurissimo genere natum, a Caesare postea Augusto ad honores, et dignitates una cum ejus fratre in Republica evectum, deinceps circa A. V. C. Varr. DCCXIV interfectum fuisse, *quod ab eo insidiis peteretur*. Consentit Appianus Lib. V. de Bell. Civil., ubi scribit id factum, quod Salvidienus apud Brundusium ad Antonium, cum ibidem obsideretur, deficere, eique exercitum sibi a Caesare commissum secreto tradere voluisset. Ex fabrica nummi, et ex imagine Palladis, quam in aliis Nicomediae Bithyniae similiter ornatum me vidisse memini, hunc ipsum eidem Vrbi adscribendum censeo. In quacunque tamen hypothesi jungendus iste, nisi sit idem cum eo, de quo mox dicemus, cum *Risone* altero Proconsule pariter anecdoto sub eodem Domitiano, quem vide paulo ante sub Vrbe Smyrna, ad augendum Catalogum ab Eckhelio propositum D. N. V. Tom. IV. pag. 230, et seq. Vaillantius, et Morellius nummum referunt Titi Nicomediae signatum sub Proconsule *M. Sulpicio Proclo*. Itaque cum praenomen, cognomenque cum nostro consentiant, et congruant quoque eadem fere tempora; nam et noster vivo adhuc patre Vespasiano editus, quod ostendit inscriptio absque ΘЄΟV titulo, non injuria coniicere fas esse videtur, Salvidenum no-

strum ad Sulpiciam Familiam spectasse, eumque Salvideni quoque cognomentum tulisse.

ΔΟΜΙΤ........ Caput Domitiani sine laurea facie juvenili.

ЄΤΟ *Anno*

ΘΒΑ IX *Reg.* Triremis. Ær. min. Tab. XVII. n. 88.

ΑΓΡΙΠ *Agrip.*

Peculiaris iste nummus nondum editus ob notam Θ, quae confirmat lectionem Vaillantii notarum Ζ, et Θ in Vespasiano patre, de quibus dubia excitaverat Froelich. Nam ut Θ in Domitiano, ita et illae numerandae ex annis imperii Vespasiani. Vide paulo infra, tum in Serie Regum sub Agrippa II. In hoc nummo nulla unquam extitit alia nota, quae praecederet, nec spatium superest, in quo eandem aliquando insculptam fuisse suspicari queat.

ΔΟΜΙΤΙΑΝ.......... Caput Domitiani laureatum.

ΕΤΟΥ ΙΘ ΒΑ ΑΓΡΙ *Regis Agrippae Ann. XIX.* Victoria sinistro pede galeae imposito, genu clypeum sustinet, in eoque scribit. Ær. 3. Tab. XVII. num. 89.

Notae ΙΘ in Domitiano pariter nondum editae. Recte conciliantur cum Epocha Neroniana ab anno V. C. Varr. DCCCXIII, atque ex Nisan more Judaeorum proprio, Vespasiano adhuc superstite, Domitiano autem tum Caesare, quin etiam obstet laurea exemplo Titi, aliorumque postea Caesarum. Sed Domitiano jam Augusto rectius componi potest ab exordio imperii Vespas. patris.

Δ ΚΑΙ.......... ΓΕΡΜΑ Caput Domitiani laureat. ad dex.

ΕΤΟ ΚΔ.... ΑΓΡΙΠ...... A. XXIV. Victoria ad d. scribens in clypeo. Ær. 3. Tab. XVII. n. 90.

ΔΟΜΙΤΙΑΝΟϹ ΚΑΙϹΑΡ Caput Domitiani laureat. v. d.

ΕΤΟ ΚϚ ΒΑ ΑΓΡΙΠΠΑ Victoria scribens, ut supra. Ær. 3.

Alius, in quo ΕΤΟΥ ΚϚ ΒΑϹΙ ΑΓΡ.... *Regis Agrip. A.* XXVI. Victoria, ut supra. Ær. 3. Tab. XVII. fig. 93.

Alius, sed ΕΤΟ ΚΖ An. XXVII. Ær. 3.

IMP CAES DIVI VESP F DOMITIAN AVG GER COS X Caput Domitiani laureatum.

SALVTI AVGVSTI SC ΕΠΙ ΒΑ ΑΓΡΙ ΕΤ ΚΕ An. XXV. Ara. Ær. 2. Tab. XVII. n. 91.

.... TIAN AVG GER COS XII Caput Domitiani laureatum.

...... ΑΓΡ AVGVST.. Τ Κς An. XXVI. Infra S C. Ara, ut in superiori. Ær. 2. Tab. XVII. n. 92.

Horum similes habemus ex latinis dempto nomine, et Epocha Agrippae Regis, quorum binos servavi ad fidem faciendam, qui sic se habent.

IMP CAES DOMITIAN AVG GERM COS X Caput Domitiani laureatum.

SALVTI AVGVST S C Ara. Ær. 2.

Alius parum diversus. Ær. 2.

Primus ex hisce bilinguis praestantissimus est, et prae caeteris omnibus, qui hactenus editi sunt, aptissimus ad epochae cardinem inveniendum. Nam cum alii similes jam innotescant, ut secundus noster cum anno Κς Agrippae Regis, qui cum Consulatu XII Domitiani conjungitur, inita modo cum primo illo comparatione, necessario sequitur hujus epochae cardinem sumendum esse ab A. V. C. Varr. DCCCXIII, et quidem juxta methodum Hebraeorum, a verno tempore ejusdem anni. Ex quo etiam inferes nummum nostrum signatum fuisse postremis novem mensibus Cos X, reliquos vero cum Κς primis tribus mensibus consulatus XII Domitiani Imp. Sed de nummis Regis Agrippae, notisque chronolog. ex instituto egimus in serie Regum pag. 41, et seq., ubi etiam notas singulas explicare studuimus, quae in similibus nummis habentur. Vide itaque ibid.

Accipe hic brevem elenchum nummorum, qui ad Agrippam II Regem spectant, ejusque vitae, et regnandi tempus, ex quo a Claudio Caesare ea dignitate auctus fuerat, complectuntur. Sed praemittere praestat:

Agrippam II Regem Chalcidis a Claudio constitutum fuisse anno V. C. Varr. DCCCI.

Trachonitidem accepisse loco Chalcidis anno V. C. Varr. DCCCVI.

Neronem ei auxisse regnum anno V. C. Varr. DCCCXIII, vel certe ante vernum tempus anni subsequentis, ab eoque tempore Epocham inchoatam.

Vespasianum denique alia eidem largitum esse, quod arma secum conjunxisset in bello Judaico. Ex quo non injuria inferre licet a natali ejus imperii epocham quoque institutam fuisse.

Demum obiisse sub Trajano, ejus imperii anno III. ex Justo Tiberiensi apud Photium.

Anni in nummis Agrippae II

Regis sub Vespasiano

An. VII. An. IX. Vaill. Ann. XI. meus. An. XIV. Catal. Theup. An. XV Froelich. An. XXIII meus. An. XXVI meus duplex. An. XXIX Catal. Theup.

Sub Tito

An. XVIII meus. An. XIX. XX. XXI Froelich. An. XXVI Catal. Theup. An. XXVII Froelich.

Sub Domitiano

An. IX meus. An. XIX meus. An. XXIII Froelich., XXIV meus, XXV bilinguis cum Cos X meus. Ann. XXVI bilinguis cum Cos XII, An. XXVII, XXIX, XXXV. Vaillantius, Froelich., mei etc.

Annus VII, et IX in Vespasiano locum habere nequit, nisi a tempore ipsius Vespasiani. Ex simili nota Θ in Domitiano confirmatur lectio Vaillantii in suprascripto nummo Vespasiani, ut et de altero cum nota L Z.

Anni XI, XIV, XV ab Epocha Neroniana ducendi ex Nisan anni V. C. Varr. DCCCXIII. Anni XXIII, XXVI, et XXIX ab Epocha Claudiana ex Nisan anni V. C. Varr. DCCCI.

Anni XVIII, XIX, XX, XXI in Tito ab Epocha Neroniana ducendi, partim Vespasiano adhuc superstite, partim eodem Tito imperante. Ann. XXVI ex Claudiana, Vespasiano nondum vita functo.

An. IX in Domitiano ab inito Vespasiani imperio numerandus. An. XIX, vel ab eodem cardine, Domitiano jam Augusto, quod verisimilius ob lauream, vel ab Æra Neroniana eodem adhuc Caesare. Reliquae octo notae, si a Neroniana ducantur, Domitiani imperandi tempus omne complectuntur; si ab auspiciis imperii patris, quinque tantum, tres reliquae a Neroniana necessario ducendae. De An. XXV, et XXVI cum Cos X, et XII jam dictum est.

NVMMI AEGYPTII

ΑVΤΟΚ ΚΑΙΣΑΡ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ ΣΕΒ Caput Domitiani laureatum.

ΕΤΟΥΣ ΤΡΙΤΟV Anno III. Caput Serapidis cum modio in capite. Ær. 2.

Elegans nummus.

ΑVΤ ΚΑΙΣΑΡ ΔΟΜΙΤ...... Caput Domitiani laureatum.

L Δ Apis bos cum disco inter cornua stans ante aram. Ær. 2.

ΑVΤ ΚΑΙΣ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ ΣΕΒ ΓΕΡ L ς An. VI. Caput Domitiani laureatum.

Accipiter stans cum pileo regio sine epigraphe. Ær. min.

.... ΚΑΙΣΑΡ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ ..... Caput Domitiani laureat.

L ΕΝΑΤ An. IX. Gryphus sedens pedem anteriorem rotae impositum habet. Ær. min.

ΑVΤ ΚΑΙCΑΡ ΔΟΜΙΤ CЄΒ ΓЄΡΜ Caput Domitiani laureat.

L I A. X. Nilus jacens, d. frondem aquatilem, s. cornucopiae, in imo crocodilus. Ær. 2.

ΑVΤ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ...... Caput Domitiani laureatum.

L IA An. XI Nilus decumbens cum cornucopiae, et crocodilo. Ær. 2.

AVT ΚΑΙΣΑΡ ΔΟΜΙΤ CЄB ΓЄPM Caput Domitiani laureatum v. d.

L IA An. XI. Serpens erectus cristato vertice, equi currentis dorso insidet v. d. Ær. 2.

Alius sed caput, et equus in sin. partem respiciunt. Ær. 2.

AVTOKPAT... ΔΟΜΙΤ ΣΕΒ ΓΕΡΜ Caput Domitiani laureatum v. d.

L IE Victoria gradiens v. s. d. corollam, sin. lauri ramum. Ær. 1.

Ad postrema imperii Domitiani tempora spectat nummus iste; imperavit enim annos XV, et aliquot dies, a conjuratis interfectus die XVIII Septembris An. V. C. Varr. DCCCXLIX; Tito autem fratri successerat Id. Septembris Ann. V. C. Varr. DCCCXXXIV. Hinc ex methodo Egyptiaca signari etiam potuit annus XVI ex Neomenia Thoth, a d. XXIX Augusti, nondum perspecta ejus morte.

NVMMI COLONIARVM

IMP DOMITIANVS CAESAR DIVI F AVG Caput Domitiani laureatum.

COL I FLA AVG CAES Mulier tutulata stans, habitu brevi, d. pede prorae imposito, sin. hastam, dex. florem gestat. Ær. 3.

Colonia a Vespasiano deducta. Paulus de Censibus ita scribit: *Divus Vespasianus Caesarienses Colonos fecit.* Hinc nomen Flaviae inditum. Turris primum Stratonis vocabatur, ab Herode M. instaurata addito *Augusto* portu, de quo in Nerone diximus. Figura in aversa similis plane ac ea, quae in suprascripti Neronis nummis cernitur, ex quo sequitur dubitari haud posse, quod nummus revera spectet

ad Caesaream, quae antea ad *Augustum portum* vocabatur.

...AES DOMITIAN AVG.... Caput Domitiani laureat.

COL IVL FLAV AVG CORIN *Colon. Jul. Flavia Augusta Corinthus*. Neptunus dex. pede rupi imposito stat, dex. delphinum, sin. tridentem. Ær. 3. Tab. XVIII. n. 94.

Confirmat iste *Flaviae* titulum ab hac Colonia sibi inditum, qui tamen in solis Domitiani nummis hactenus legitur.

IMP CAES DOMIT... GERM P M TR P V C P. Caput Domitiani laureatum.

DEANA ... RIA (sic) Supple LAPHRIA Ipsa Diana ex adverso stans habitu brevi, cujus extrema pars e bracchio sinistro dependet. Humero d. pharetram gerit, laeva arcum ad aram, vel cippum sustinet; ante pedes canis ipsam respicit, eique blanditur. Ær. 3. Tab. XVIII n. 95.

Pertinet ad Col. Patr., ab eo, quem exhibet, et illustrat Vaill. non parum diversus. Dianam hujus nominis templum habuisse apud Patras, in eoque signum venatricis habitu, quod Aetolis ademptum Augustus Patrensibus concesserat, extitisse, testis est Pausanias in Achaic. Hinc merito Vaillantius hunc nummum, et alterum similem Neronis Patrensibus adjudicat, licet Vrbis nomen desideretur. Ob Trib. Pot. V pertinet nummus ad an. V. C. Varr. partim DCCCXXXVIII ex Id. Septembris, partim ad sequentem, Domitiano COS XI, et XII.

......OM...... ES AVG GER CO... Caput Domitiani laureatum.

C....... ANNO CXXX Mulier stolata stans, d. pateram, sin. hastam, vel thyrsum gerit. Ær. 2. Tab. XVIII. n. 96.

Typus aversae partis, annus Epochae adjectus, fabrica denique nummi dubitare non sinunt, quin ad Sinopem Co-

Ioniam sit referendus. Epocha est Juliana ab anno V. C. Varr. DCCIX, de qua vide in lib. n. de Numm. Imp. cum notis chronol. Complectitur autem annum V Domitiani, ex quo solus imperii habenas moderari coeperat.

DOMITIA AVGVSTA

ΔΟΜΙΤΙΑ CΕΒΑCΤΗ Caput Domitiae comptis, fluentibusque elegantiorem in modum capillis.

ΑΝΘΥ ΚΑΙCΕΝ ΠΑΙΤΟΥ ΟΜΟΝΟΥΑ ΕΦΕ ΖΜΥΡΝ Diana fulcris innixa, et cum longiori tutulo in capite. Pulcherr. Ær. 3. Tab. XVIII. n. 97.

Notand. Υ in voce ΟΜΟΝΟΥΑ.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟC CΕΒ Κ ΔΟΜΙΤΙΑ...... Capita adversa Domitiani laureatum, et Domitiae uxoris, comptis eorum temporum more capillis.

ΕΙΡΗΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΕΤΟ ΓΜ Anno XLIII Fortuna stans cum attributis. Ær. 2. Tab. XXXVII. n. 20.

Pertinet nummus iste anecdotus ad suprema Domitiani imperandi tempora. De hoc praestanti nummo vide in lib. peculiari de Epochis.

ΔΟΜΙΤΙΑ.. ΟΝ ΚΑΙCΑΡΑ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ Capita Domitiani, et Domitiae se respicientia.

ΕΠΙ ΚΛΕΩΝ....... ΑΡΧΟΝΤΟC In area hinc inde Μ Υ idest *Myrhinaeorum* in Æolide. Apollo stolatus Ρ Ι stans, d. demissa, laeva lauri ramum. Ær. 2. Tab. XVIII. n. 98. ubi emendanda vox ΚΑΟ, ut supra.

Ex hoc eleganti nummo nunc primum innotescit magistratus Archontis, quem habuerint aliquando Myrhinaei. Hactenus enim ex nummo autonomo apud de Wise Mus. Bodl. pag. 9, et ex altero Imp. Elagabali Pellerinii Mel. II pag. 173 apud eosdem magistratum, qui ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ, sive Praetor nominabatur, extitisse constabat. Ex hoc igitur numismate augendus Archontum catalogus. Deficiente margine in nomi-

ne Archontis desiderantur postremae literae. Non immerito inferes sub aversae figura Apollinem Grynaeum habitu, et figura muliebri exhiberi, cujus cultus celebris apud Myrhinaeos, in quorum finibus Oppidum Grynium Apollinis fano, et pervetusto oraculo nobile situm erat. De illo videndi Strabo lib. XIII, et Plin. lib. V. cap. 30. In eo Magnetes Lydiae columnam foederis cum Smyrnaeis initi posuerunt, ut in Dissert. de Nummo Ciceronis probavimus.

ЄΙΡΗΝΗ ΑVΤΟΚΡΑ... ΡΟC ΔΟΜΙΤΙΑΝΟV Caput Domitiae sub Deae Pacis symbolo corona ex olea ornatum.

ΝΥCΑЄΩΝ Pluto in quadrigis Proserpinam rapiens. Ær. 3. Tab. XVIII. n. 99.

Similem profert Vaillantius, sed cum capite Domitiani; in hoc autem sub Pacis effigie Domitiam expressam putaverim, ut Faustina junior sub Proserpinae figura in Cyzicenorum nummis exhibetur, et ipsa Domitia in Nicomediae nummo apud laud. Vaillant. sub Domitiano etc. Aversae partis typus in hujus Vrbis nummis frequens, quod esset utrumque Numen Vrbis tutelare, et praecipuum. Hinc Theogamia festa apud Nysan in eorum honorem instituta; hinc non longe ab Vrbe Plutonium cum luco, et templo Plutonis, et Proserpinae, de quibus vid. Strabo lib. XIV. De Theogamia vide nummum Claudii paulo supra.

Capita Domitiani, et Domitiae jugata epigraphe deleta.

ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ ΕΠΙ..... ΝΙΟV Amazonis figura in equo cum bipenni ad humerum sin. Ær. 3. Vide Sestin.

Capita Domitiani, et Domitiae adversa, epigraphe vitiata.

ΕΠΙ ΙΤΑΛΙΚΟΥ ΣΜΥΡΝ...... In imo... ΟC Fluvius decumbens cum cornucopiae. Ær. 3. Tab. XVIII. n. 100.

Dum proelo subiiciendus esset hic nummus, quod detritus, dubium mihi obortum de imagine Domitiae, et de voce ЄΡΜΟC in aversa, ac vereri subit, ne sit similis illi, quem refert Pellerin. Mel. II, in quo imago Titi, et Domitiani. Vt ut tamen se res habeat, quod interest, certa est

lectio Italici Procos. de quo mentio quoque in altero Vespasiani, et ipse egi in lib. n. Vulg. Ær. ubi de postremo Neronis consulatu, ejusque elogium ex Plinio attuli, qui inter caetera de eo scribit: ex proconsulatu Asiae gloriam reportasse. Inedia vitam finivit sub Trajano Principe.

IMP NERVA AVG

CAESAR NERVA AVG. III..... Caput Nervae laureatum. Supple III COS praecedente Consulatus nota, ut in altero, qui sequitur.

S C / K in laurea. Ær. 2.

In aliis Δ, vel Θ.

.......VA AVG III COS Caput Nervae laureatum.

S C / Ɒ in laurea. Ær. 3.

Nota Ɒ addenda Catalog. Sestin. Lett. T. IV. p. 33. Singulae autem cit. notae, ut per se patet, explicari nequeunt de brevissimo tempore, quo in imperio vixit Coccejus Nerva optimus Princeps.

AVTOKPAT NЄPOVA KAICAP CЄBACT Caput Nervae laureatum. In area hinc inde Λ Y idest ΛYKIΩN *Lyciorum*.

YПATOV TPITOV Lyra Apollinis, et lauri ramus. Arg. 3. Tab. XVIII. n. 101.

Diversus iste ab iis, quos describunt Vaillantius, de Num. graec., et Eckhelius ex Mus. Caes. Sestinius, aliique. Habent enim illi duplicem lyram, quibus insistit noctua, vel loco noctuae stat caduceus intermedius. Merito Sestinius laud., et post eum Eckhel. hujusmodi nummos Lyciae provinciae adscribendos docent, non Littiis Cretae. Vide plurima exempla apud Sestin. T. III Epistol. Numism. pag. 88.

NVMM. COLON.

DIVOS NERVA AVG..... Caput Nervae laureat.
BER COL IVL...... Colonus agens boves. Duo Ær. 2.
Ex utroque lectio emergit.

Quemadmodum Augusto Berytenses Phoeniciae nummos dedicarunt post ejus apotheosim cum titulo DIVOS AVGVSTVS, ita ex his duobus nunc primum innotescit eosdem idipsum praestitisse cum Nerva optimo Principe. Eidem adhuc viventi a Colonia Beryto editi fuerant nummi in gratulationis argumentum, quod extincto Domitiano, sub eo Respublica ad felicissimum statum reditura videretur. Extitit ille revera ob suam aequitatem, et moderationem universo orbi acceptissimus, praesertim vero ob Trajani adoptionem, cujus rei memoriam etiam post ejus mortem apud Berytenses viguisse suadent suprascripta numismata.

IMP NERVA TRAIANVS

ΑΥΤΟ ΚΑΙ ΝΕΡΒΑϹ ΤΡΑΙΑΝΟϹ... Caput Trajani laureat.
ΑΛΙΚΑΡΝΑϹΕΩΝ (sic) Halicarnassus in Caria. Apollo stans, habitu muliebri, d. pateram, sinistra plectrum gerit. In area infra plectrum ΑΡ
ϹΕΜ
ΑΙ
Ær. 2. Tab. XVIII num. 102.

Post Agrippinam nulli praeter hunc anecdotum hactenus cogniti ante Commodum. Literae in area incertum quid exprimant, fortasse Archontis nomen. Notanda simplex C in epigraphe.

ΚΑΙϹΑΡ ΤΡΑΙΑΝΟϹ Caput Trajani laureatum. In imo III.
ΑΝΕΜΟΡΙΕΩΝ Caput turritum, et velatum. Ær. 2.

A Domitiano jam incipiet auctior series numismatica hujus Vrbis Ciliciae ex Sestinio, et post Domitiam Vaillantii sequetur hic n. Trajani, ac deinde caeteri hactenus editi a Caracalla. Peculiare id habet hic nummus, quod ad tertium annum imperii Trajani, ut puto, designandum tres unitates more romano expressas offerat. Quo primo hoc exemplo dempto, anni postea in ejus reliquis nummis graece notantur.

ΑVΤΟΚΡ ΚΑΙϹ ΝΕΡ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ϹΕΒ ΓΕΡΜ ΔΑΚ Caput Trajani laureatum.

S C
A in laurea.

Alius S C Γ
Alius S C ς Omnes Ær. 2.
Alius S C H
Alius S C I

Notae Γ, I cum titulo ΔΑΚ addendae Sestinii Catal. Epist. T. IV. p. 33. Titulus Dacici Trajano non accessit, nisi sexto imperii anno. Itaque notae A, et Γ designare nequeunt imperii Trajani annum primum, et tertium, ac propterea in alium finem notae hujusmodi additae dicendae sunt.

ΑVΤΟΚΡ ΚΑΙϹ ΝΕΡ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΡΙϹΤ ϹΕΒ ΓΕΡ ΔΑΚ ΠΑΡΘ Caput Trajani laureatum.

S C
B I in laurea. Ær. 2.

Alius S C Ær. 2.
B Δ
Alius S C Ær. 2.
X

Postremi duo addendi Catalogo Sestinii Epist. Tom. IV. p. 34. Si notae BI in primo designarent imperii Trajani annum XII, editus fuisset nummus septennio, ante quam ille Parthici titulo auctus fuisset. Secundae BΔ anno cuilibet exprimendo ineptae, ut et altera X.

ΑVΤΟΚΡ ΚΑΙϹ ΝϾΡ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ϹϾΒ ΓϾΡΜ Caput Trajani laureatum.

ΔΗΜΑΡΧ ϾΞ ΥΠΑΤ Β *Tribunic. Pot. Cos. II.* In medio coronae. Ær. 2.

Alius similis, sed Ær. 3.

Alius, sed in aversa parte Caduceus alatus. Ær. min.

ΑVΤ ΚΑΙϹ ΝϾΡ ΤΡΑΙΑΝ ϹϾΒ ΓϾΡΜ Caput Trajani laureat.

ΔΗΜΑΡΧ ϾΞ ΥΠΑΤ Β Lauri ramus, arcus, et pharetra. Ær. min.

ΑVΤ ΚΑΙΣ ΝΕΡ ΤΡΑΙΑΝ ΣΕΒ ΓΕΡΜ Caput Trajani laureat.

ΔΗΜΑΡΧ ΕΞ ΥΠΑΤ Γ Caput Jovis Ammonis. Arg. 3.

Omnes isti signati fuerunt nondum a Trajano devictis Dacis, a quo tempore Dacici titulus in nummis inscribi coepit. Id autem contigit labente ejus imperii anno VI, et ante quam Kal. Januar. An. V. C. Varr. DCCCLVII procederet Cos.V. In eo cum lauri ramo, et arcu sub aerugine nota videbatur Δ, ea detersa erat Β. Patet hinc, quam caute incedendum sit praesertim in numeris. In hoc tamen nummulo conciliari poterat annus IV. cum iis Trajani adhuc tantum Germanici, sed in aliis simile discrimen quantum detrimenti afferre posset nemo non videt. Dixi supra Trajanum iniisse consulatum V Kal. Jan. An. V. C. Varr. DCCCLVII, quamvis non pauci ex eruditis viris praeferant Kalendas praecedentis anni ex fastis, et sequioris aetatis Scriptoribus. Jure enim optimo Vaillant., Fabrettus, Norisius, ac postremo Eckhelius ex synchronis monumentis eam opinionem repudiandam censuerunt. Ac mea quidem sententia difficultas proposita expeditam habet solutionem, si animadvertamus Romanae historiae citatos Auctores haud equidem coaevos consulatum Trajani V, ad quem designatus fuerat anno revera V. C. Varr. DCCCLVI, more suo, pro ordinario accepisse, ex quo in fastos irrepserit. Similia exempla jam alibi attuli, tum in his libris, tum in eo de Vulg. Ær. Emend., ubi praesertim de Caracallae consulatibus actum est.

AVTOKP KAIC NEP TPAIANOC CEB ΓEPM ΔAK Caput Trajani radiatum.

ΔHMAPX EΞ YΠAT. E Trib. Pot. Cos. V. Caput Jovis Ammonis. Duplex Ær. 2.

AVTOKP KAIC NEP TPAIANOC CEB ΓEPM AAI Caput Trajani laureatum.

ΔHMAPX EΞ YΠAT. E Caput Jovis Ammonis. Ær. 1.

De hoc postremo diximus in lib. Vulg. Ærae, ubi animadvertimus nummum esse integerrimum, et in capitis parte extremas literas esse, ut supra. Verum cum jam Trajano post Cos. V. titulus Dacici conveniret, qui fere nunquam omitti solebat, careat vero omni exemplo, quod A aliquando usurpata fuerit pro L, oscitantia monetarii factum modo suspicor, ut insculpserit AAI loco ΔAK, alias jungenda utriusque partis inscriptio, ac interpretandum *Anno XI Tribunic. potestatis Cos V*, quae duae notae recte inter se conciliantur ab octobri An. V. C. Varr. DCCCLX in annum insequentem.

AVTOKP KAIC NEP .... PAIANΩ APICTΩ CEB ΓEPM ΔAK Caput Trajani laureatum.

ΔHMAPX EΞ YΠATO ϛ Trib. potest. Cos. VI. Camelus cum duobus in dorso tuberculis. Arg. min.

Notand. Episemon eo modo insculptum.

AVTOKP ..... NEP TPAIANOC CEB ΓEPM ΔAK Caput Trajani laureatum.

ΔHMAPX EΞ IE YΠAT E Trib. pot. XV, Cos. V. Aquila expansis alis clavae insistit. Arg. 1. Tab. XVIII. n. 116.

..... KAIC NEP TPAIANOC API CEB ΓEPM ΔAK... Caput Trajani laureatum.

ΔHMAPX EΞ KA YΠATO ϛ Trib. pot. XXI, Cos. VI. Aquila expansis alis fulmini insistit. In area palmae ramus Arg. 1. Tab. XVIII. num. 117.

Primus hic est tetradrachmus Trajani arg. cum notis Tribunic. Potest. XXI, et Cos. VI, qui referat aquilam fulmini insistentem. Caeteri enim hactenus editi hujus gene-

ris caput exhibent Herculis, vel aquilam cum clava. Tribunicia potest. XXI in hisce Trajani nummis a vera, et romana computandi ratione dissentit. Neque enim Trajanus tribunic. potestatem XX excessit, nec latini commatis nummi eo numero majorem produnt. Asserere itaque oportet ab Vrbibus graece loquentibus, a quibus hujusmodi nummi signati fuerunt, in computandis annis tribunic. potestatis Trajani peculiarem aliquam methodum adhibitam fuisse. Quam confirmat etiam ejusdem Trajani nummus arg. 3. formae apud Khell. Suppl. ad Vaill. pag. 59, in quo est Arabia stans cum camelo ad pedes, et inscriptio ΔΗΜΑΡΧ ЄΞ Ις ΥΠΑ. Є. In hoc enim numismate computatio tribunic. potestatis nonnisi proleptice locum habere potest. Nam tribunic. potestatem XVI more romano inivit Trajanus decimo mense, ex quo consul VI processerat; in nummo autem dicitur Cos. V. Cl. Bellejus M. B. L. T. XXI nummos omnes cum Herculis capite, vel clavae symbolo Tyriis, nec immerito, adscribens sic explicandos proposuit; ut tribunic. potestas XXI conciliari debeat cum neomenia anni Tyriorum civilis, quam et ipse opinionem in lib. II. de Vulg. Ær. Emend. pag. 202, et seq. amplexus sum; emendato tamen die adoptionis Trajani, quem ille jungendum putabat cum XVIII. Septembris, quoniam dies ille ex indubiis monumentis fuit Trajani natalis, non vero adoptionis; iste vero ex iisdem fontibus protrahi debeat in octobrem expirantem, vel ineuntem novembrem, ut ibidem a me probatum est. Emendato pariter die neomeniae anni civilis Tyriorum, quem non a die XIX octobris ex communi opinione repetendum docui, sed ab initio mensis Dii Macedonici, quod in novembrem mensem jam adultum ex Tyriorum computo incidisse oportuit. Quibus recte, ut puto constitutis, firmum ex equo manet, quod tribunic potestas Trajani XXI proleptice iterari queat ex neomenia anni civilis Tyriorum, qui erat praecipuus Cl. Bellej scopus.

Verum haec eadem methodus aptari nequit tetradrachmo nostro, qui ad Antiochiam Syriae spectare dicendus est ob fulmen aquilae adjectum, qui erat proprius ejus Metropolis typus ad Jovis cultum exprimendum, quo maxime gloriabatur, eo quod Jovis oraculo, et aquilae auspicio a Seleuco condita fuisset, de quo tot ejus numismata fidem faciunt. Duo autem praecipue sunt, quae prolepticam computandi rationem ab hoc tetradrachmo Antiocheno excludunt. Primo quod ea Vrbs Principum Romanorum annos imperii ex rei veritate, ac romano more computaret, ut ex nummis arg. Neronis cum duplici nota chronol. fit manifestum. Vide lib. n. de Vulg. Ær. Em. tum alterum de Epoch. Idem porro de tribunic. potestate, ac de annis imperii omnino statuendum videtur. Secundo, quod in qualibet discrepanti Chronologorum sententia de exordio anni civilis Antiochenorum, ejusdem neomenia praecedat diem adoptionis Trajani. Alii enim in incipientem septembrem, alii in Kal. octobris eandem constituendam statuunt; adoptio vero Trajani, ut paulo ante dictum est, ab exeunte octobri, vel ineunte novembri divelli nequit. Ego equidem ex citatis Neronis argenteis nummis in lib. cit. Vulg. Ær. solide probasse arbitror initium anni Antiocheni civilis, saltem primis saeculis, conjiciendum esse in octobrem expirantem, quod iterum invicte, ut puto, confirmatum invenies in altero de Epoch. Verum in hac ipsa sententia nostra, in qua circa idem tempus tam neomenia anni civilis Antiocheni, quam adoptio Trajani incidisset, facta etiam hypothesi, quod dies adoptionis Trajani, alterum anni civilis Antiocheni diem praecessisset, nihil adhuc proficere liceret ad prolepticam computandi rationem admittendam ob primum prejactum principium de methodo Antiochenae Vrbis iterandi annos Principum Romanorum more romano ex die natali suscepti imperii, quod idem jure de tribunic. potestate statuendum videtur.

Quod autem hactenus probatum de tetradrachmali Antiochiae numismate, idem de altero Khellii nummulo arg. statuendum, quaecunque fuerit Vrbs inter Asiaticas, a qua signatus fuerit. Nam cum Asiatici annum suum civilem auspicarentur, vel ab aequinoctio autumnali, vel a proximis Kal. octobris, patet neomeniam hanc praecessisse diem adoptionis Trajani, ideoque prolepticam tribunic. potestatis computationem excludere. Nodum itaque difficilis solutionis offerunt duo haec iisque similia numismata, quem doctioribus solvendum relinquam. Si autem in tanta rerum obscuritate conjecturis indulgendum, rogando dicam: quid? si Orientales aliquae Vrbes cum Trajanus in sua adoptione a Nerva in consortium tribuniciae potestatis admissus fuerit, cum jam ille secundam numeraret, utramque Nervae jungendam cum iis Trajani putaverint, aut potius trimestrem illam, quam Caesar egerat sejunctim a caeteris ipsius Trajani ab imperii natali numeratis, superaddendam, computandamque censuerint? In utraque hypothesi expedita res esset pro computatione tribun. potestatis proleptica non modo in Antiochiae, et Arabiae, sed etiam, si lubeat, in Tyriorum nummis admittenda. Similis fere anticipationis tribunic. potest. exempla habemus etiam in nummis commatis romani Caracallae, et Septimii Severi, de quibus in lib. n. Vulg. Ær. dictum est; ex Eckhelii vero placitis jam inde ab Antonino Pio in subsequentes Imperatores.

ΑΥΤΟΚΡ ΝΕΡ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΡΙϹΤ ΚΑΙϹ ϹΕΒ ΓΕΡ ΔΑΚ ΠΑΡΘ Caput Trajani laureatum.

ΑΡΑΔΙΩΝ Hinc inde in area ΔΟΤ ϙ. A. CCCLXXIV. Simulacrum Fortunae cum copiae cornu, et navis gubernaculo, cui insidet. Duplex Ær. 2. Tab. XVIII. n. 103.

Ex utroque integra eruitur capitis epigraphe. Notanda titulus Parthici, et lit. Koph.

.... ΔΑΚ ΠΑΡΘ Caput Trajani laureatum.

ΑΡΑΔΙΩΝ. In area ΕΟΤ A. CCCLXXV. Fortuna insidens

gubernaculo navis, sin. cornucopiae gerit. In area ex opposito notarum numeric. conspicienda se praebet lit. ϙ. Ær. 2. Tab. XVIII. n. 104.

Caput femineum velatum, ante quod aliud parvum Trajani laureatum, sine epigraphe.

ΑΡΑΔΙΩΝ ΕΟΤ A. CCCLXXV. Bos gibbosus, et ad ejus faciem signum, sive lit. ϙ. Ær. 2.

Hunc delineatum exhibere placuit Tab. XXXVII num. 22, ut pateat parvi capitis imaginem esse lauream, quemadmodum illam descripserat Norisius. Eidem autem minime perspectus fuit nummus cum capite ipsius Trajani, et notis ΕΟΤ, quae cum hoc altero consentiunt, praeter lineamenta, quae non ad Hadrianum, sed ad ipsum Trajanum non obscure referenda. Hujus et superiorum epocham illustratam reperies in Lib. saepe cit.

ϹЄΒΑϹΤΟϹ Caput Trajani laureat.

ΑϹΚΑΛΩ Dea Astarte cum attributis i ara, et columba ad cujus pedes ΣϹ An. CCVII. Ær. 3. Tab. XXXVII. n. 23.

Caput Trajani laur. epigraphe vitiata.

ΑϹ . . . . ΘϹ A. CCIX. Dea Astarte cum attributis. Ær. 2. Tab. XXXVII. n. 24.

Notanda prima nota quadrata.

ΣΕΒΑ . . . . Caput Trajani laureatum.

ΑϹ ΑΙϹ Ascalon A. CCXI. Figura militaris stans, d. gladium elatum, s. palmam, et clypeum. Ær. 3. Tab. XXXVII. n. 25.

ϹΕΒΑ . . . . Caput Trajani laureatum.

. . ϹΚΑΛΩ ΤΙϹ Anno CCXIII Astarte cum attributis, ut in aliis similibus. Ær. 2. Tab. XXXVII. n. 26.

ΣΕΒ ΑΣΤΟΣ Caput Trajani laureatum.

ΑΣΚΑΛΩ ΖΙϹ A. CCXVII. Astarte turrita cum attributis, in area parva columna, et columba. Duplex Ær. 2. Tab. XVIII. n. 105.

De epocha horum nummorum agitur in lib. de Num. Imp. cum not. chronol. sive de Epoch.

ΑΥΤΟΚΡ ΚΑΙϹ ΝЄΡ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΡΙϹΤ ϹЄΒ ...... Caput Trajani laureatum.

ΒЄΡΟΙΑΙΩΝ Α in laurea. Beroea Syriae Cyrrhesticae. Ær. 2.

Alius similis, sed ΓЄΡΜ ΔΑΚ ΠΑΡΘ Β. Ær. 2.

Alius cum iisdem titulis, sed Γ

Alius cum iisdem titulis, sed Δ Ær. 2.

Alius, sed cum ΑΡΙϹΤ, vitiatis literis postremis ΠΑΡ. Η Ær. 2.

Singuli quinque hujusmodi nummi, qui soli sunt, qui hactenus innotescant Trajani cum notis Α, Β, Γ, Δ, Η apud Eckhel. etiam D. N. V. T. III p. 259, et Sestinium Descript. N. V., certo probant notas s. s. alia qualibet de causa adiectas esse, praeter quam ad annos ejus imperii designandos. Legitur enim in omnibus titulus ΑΡΙϹΤ, in tribus etiam clarissime ΠΑΡΘ. Porro res est testatissima utrumque titulum nonnisi sero, ac postremis imperandi annis Trajano accessisse, quod jam adnotaverat Eckhel. in Catal. Vindob. scribens ad nummos hujus Vrbis: eo quod cum titulo Parthici jungantur literae Α, et Β: *literas solitarias aversae partis annos imperii notare non posse* etc. Alia tamen dubia excitat cit. Lib. pag. 259, et seq. tam de his notis in Trajano, quam de notis ejusdem Vrbis Beroeae in nummis Hadriani, Antonini, Aurelii, et Commodi. Quidquid tamen statui queat de causa, ob quam hujus generis notae adjectae fuerint, eaeque in singulis quibusque hactenus editis nummis annum IX non excedant, principii loco retinendum lit. solitariam Η cum reliquis praecedentibus in iis Trajani Beroeae, annos ejus imperii minime designare ob titulos ΑΡΙϹΤ, ΠΑΡΘ. Vide etiam infra in tribus nummis Hieropolis ejusdem Trajani cum titulis ΑΡΙϹΤ ΠΑΡΘ literas Α, Β, et Δ; pariter sub Vrbe Cyrrho duplicem ipsi-

us Trajani cum titulo APICT, et lit. B, de quibus sane nulla inquisitione opus est, ut statuamus singulas eas notas, sive solitarias lit. nihil ad annos imperii pertinere. In Hieropolis nummo Trajani Eckhelio ignotae fuerunt lit B, et Δ, Cyrrhi vero nullus ei compertus Trajani nummus cum aliqua nota arithmetica.

ΝЄΡ ΚΑΙϹ ΤΡΑ..... Caput Trajani laureatum.

ΓΑΒΑΛЄΩΝ In area hinc inde ΗΚΡ, et ΓΜΡ. Figura muliebris sedens cum calatho in capite, d. papaver inter duas spicas, sin. hastam gerit. Ær. 3. Tab. XVIII. num. 106.

Similem exhibet Cl. Sestinius in Epist. Numism. Ejus illustrationem vide in lib. de nummis Imp. cum notis chronolog. Vbi ejus praesidio ostendimus primam epocham ΗΚΡ ducendam ab anno V. C. Varr. DCCXXIII, secundam ab anno V. C. Varr. DCCVIII, utramque vero ab ineunte vere.

ΝЄΡ ΚΑΙϹ ΤΡΑΙΑ ϹЄΒ ΓЄΡΜ Caput Trajani laureatum.

ΓΑΒΑΛЄΩΝ.. ΝΡ. Haec lin. orizontali ad caput Cybeles; ad marginem vero supra caput leonis R... Fortasse, et in hoc erat duplex epocha. Cybele sedens inter duos leones, d. papaver inter binas spicas, sin. hastam, vel sceptrum. Ær. 2. Tab. XXXVII. n. 27.

ΑVΤΟΚΡ ΚΑΙϹ ΝЄΡ ΤΡ..... ϹЄΒ ΓЄΡΜ ΔΑΚ Caput Trajani laureatum.

ΚΛ ΦΙ ΓΑΒΗΝΩΝ In area ΑΟΡ Anno CLXXI. *Claudiorum Philippeorum Gabenorum*. Victoria stans in navi, d. coronam, sin. trophaeum. Ær. 2. Tab. XVIII. n. 107.

Cum hisce notis nunc primum innotescit. Gabeni a Judaeorum servitute liberati per Pompejum epocham in ejus honorem institutam signarunt, de qua vide in lib. de Num. Imp. cum notis chronol.

......ΡΑΙΑΝΟϹ ϹЄΒ..... Caput Trajani laureatum.

ΔΩΡΑ Lin. orizontalibus in area, intermedio capite mu-

liebri turrito, et velato. Omnia intra coronam ex apio, quam secat epocha in imo capitis ΡΟΘ An. 179. Ær. 2. Tab. XVIII. n. 108.

Ineditus, et ad exordium epochae definiendum aptissimus. Licet binae postremae notae ex duplici Ο Ο constare videantur, cum praecedat Ρ, dubitari nequit, quin postrema sit Θ, de quibus vide in cit. saepe libro de Epoch.

ΤΡΑΙΑΝ.. ΚΑΙCΑΡ Caput Trajani laureatum.

ΘЄCCΑΛΟΝΙΚЄΩΝ *Thessalonicensium* in laurea. Ær. 3.

ΑVΤΟΚΡ ΚΑΙC ΝЄΡ ΤΡΑΙΑΝΟC ΑΡΙCΤ CЄΒ ΓЄΡΜ ΔΑ ΠΑΡ Caput Trajani laureatum.

ΘЄΑC CΥΡΙΑC ΙЄΡΟΠ. Α In laurea. Ær. 2.

Alius, sed ΙЄΡΟΠΟΛЄΙ. Β. Ær. 2.

Alius, sed ΙЄΡΟΠΟ Δ. Ær. 2.

In his quoque Hieropolitarum nummis cum titulis Optimi, et Parthici conjunctas vides notas Α, Β, et Δ. Hinc, ut in Beroea dictum est, sequitur eas literas ad aliud quodlibet exprimendum adjectas fuisse, praeter quam ad annos imperantis Trajani.

ΑVΤ ΚΑΙC ΝЄΡ ΤΡΑΙΑΝΟC ...... Caput Trajani laureat.

ΙΡΟΚΟΠΟΛ... ЄΤΟΥC ΜΖ An. XLVII Ara, e qua assurgit serpens. Ær. 3. Tab. XXXVII. n. 28.

Nomen Vrbis scribitur per simplex Ι, quod nunquam alias, insuper loco Η scribitur per Ο tertia lit. quod nonnisi errore monetarii factum. Vide de hoc anecdoto nummo in lib. de Epoch.

ΑVΤΟ Ν ΤΡΑΙΑΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡ .... Caput Trajani laur.

...Ι ΒΑΣΣΟΥ ΑΝΘΥΠΑ.... Ara, sive monumentum quadratum cum fornice rotundo, et gradibus. Nummus subaeratus 3 Tab. XVIII n. 109.

In nummis Vrbium Galatiae, et Cappadociae non semel mentio occurrit *Titi Pomponii Bassi Legati Propraetoris* sub Augustis Domitiano, Nerva, et Trajano, ut videri potest apud Haym., Pellerin., Sestin., et Eckhelium, qui T. III.

Doctr. Num. p. 190 omnium hujusmodi numismatum catalogum exhibet. In hoc nostro memoratur *Bassus Proconsul*, cujus tamen gentile nomen in nummo modo desideratur. Hinc in obscuro versamur, utrum idem Pomponius Bassus hic intelligendus sit, qui aliquando etiam Proconsulatus munere functus fuerit; an ad alium diversae familiae sit referenda epigraphe. Nam in gente etiam Ælia, Aufidia, Asinia, Aurelia, Julia etc. idem cognomen occurrit, ut ex veteribus monumentis constat. Plinius quidem jun. Epist. lib. IV epist. XXIII Pomponium Bassum laudans, quod vergente ad senectutem aetate otium quaereret, eundem memorat amplissimos magistratus gessisse; sed ejus Proconsulatum reticet. In epist. vero IX ejusdem libri scribit Julium Bassum e provincia Bithyniae reversum, ac repetundarum reum factum, a se defensum, et a Senatu absolutum fuisse. Quod autem ibidem Baebii Macri consulis designati sententiam referat, cui videbatur lege repetundarum Bassum teneri, consequens fit haec ad prima imperii Trajani tempora esse revocanda. Nam Baebius Macro in Fastis Consul suffectus scribitur ex Kal. Maji anni V. C. Varr. DCCCLIV. Hinc Julium Bassum in nummo nostro potius subintelligendum crediderim, quoniam alter ex Pomponia familia munus Legati Propraetoris retinuisse constat ex nummis Trajani cum titulo Dacici usque ad annum saltem V. C. Varr. DCCCLVI, sextumque Trajani, quo anno titulus ille eidem primum accessit. Post eam legationem ex epist. cit. Plinii videtur Pomponius Bassus otio, et quieti se dedisse primo adhuc imperantis Trajani tempore. De se enim, qui illius Imperatoris aetatem, vel aequavit, aut vix excessit, ita ibidem subdit: *Quando per aetatem honestum erit mihi istud pulcherrimae quietis exemplum imitari*? Florebat igitur adhuc aetate Plinius cum ea literis mandaret, Pomponius vero Bassus jam senescens ab omni Reipublicae cura se liberasset. Interim ergo Jul. Bassus praeeunte Plinio in nummo n. subintelligen-

dus, et Proconsulum Catalogo adjiciendus, saltem donec nova monumenta de ejus familia nos certiores reddant.

AVTOKPATωP KAI... TPAI..... CEB Caput Trajani laureatum.

KOINON KPHTωN *Commune Cretensium*. Juppiter sedens, d. victoriolam, s. hastam, ad pedes aquila. Æ. 1.

AVTOKPATωP AVΓ TPAIANOC ΓEP ΔAKI Caput Trajani laureat.

KOINON KPHTωN Europa tauro vecta velum supra caput sinuatum utraque manu sustinet Ær. 1.

AVTOKP KAIC NEP TPAIANOC APICT CEB ΓEPM ΔAK Caput Trajani laureatum.

ΔIOC KATAIBATOY KYPPHCTωN. In imo B. Juppiter rupi insidens, d. fulmen, s. hastam. Ær. 2.

Adversa, ut supra, KYPPHCTωN B. In laurea. Ær. 2.

Quod in epigraphe capitis Trajani praeter *Dacici* titulum, addatur etiam alter *Optimi*, absente tamen postremo *Parthici*, non modo jure inferes lit. B in utroque ad annos ejus imperii designandos minime adjectam fuisse; sed praeterea nummos hosce editos triennio antequam optimus ille Princeps vita decederet. Vide in Vrbe Beroea.

AVTOKP NEP TPAIANOC APICT KAIC CEB ΓEP ΔAK Caput Trajani laureatum.

IOVAIEωN TωN KAI AAOΔIKEωN BZP A. CLXII. Caput turritum, et velatum, ante quod signum Δ. Ær. 2. Tab. XVIII. n. 110.

AVTOKP NEP TPAIANOC APICT KAIC CEB ΓEP ΔAK Caput Trajani laureatum. In collo signum incusum, in quo inverse caput laur. incertnm.

IOVAIEωN TωN KAI AAOΔIKEωN BΞP. An. CLXII. Caput turritum, et velatum, ante quod monogramma IOY. Ær. 2.

AVTOKP NEP TPAIANOC etc. ut supra, sed absque ullo signo incuso.

IOVAIEΩN etc. BΞP, ut in superioribus, sed ante pectus capitis velati monogramma Ꝃ. Ær. 2.

AVTOKP NEP TPAIANOC APICT KAIC CEB ΓEP ΔAK ΠAP Caput Trajani laureatum.

IOVAIEΩN TΩN KAI ΛAOΔIKEΩN BΞP. In area ante caput turritum, et velatum monogramma IOV. Ær. 2. Tab. XVIII. n. 111. estque numm. integerrimus.

Alius similis, sed cum monogrammate Ꝃ. Ær. 2.

Ex his duobus praeclarissimis testibus, quibus jam addendus tertius ex Sestinio Descript. N. V. pag. 519, evanescunt plane suspiciones Cl. Eckhelii T. VI D. N. V. p. 461 de recta lectione Norisii in simili nummo hisce nostris, ac deinceps recipiendae quoque erunt in suum Catalogum Tom. III p. 318 supradictae notae BΞP cum titulo Parthici conjunctae. Sed de his fusius agetur in lib. de Epoch.

AVTOKP NEP TPAI .... APICT KAIC CEB ΓEP ΔAK Caput Trajani laureatum.

IOVAIEΩN TΩN KAI ΛAOΔIKEΩN ΓΞP An. CLXIII. Caput turritum, et velatum, ante quod Ɐ. Ær. 2. Tab. XVIII. n. 112.

AVTOKP NEP TPAIANOC APICT KAIC CEB ΓEP ΔAK ΠAP Caput Trajani laureatum.

IOVAIEΩN TΩN KAI ΛAOΔIKEΩN ΓΞP A. CLXIII. Caput turritum, et velatum. In area ante pectus M. KO Ær. 2. Tab. XVIII. n. 113.

Alius, in quo signum Ɐ, et notae ΓΞP. Ær. 2.

Vt constat supra de notis BΞP conjunctis, modo cum titulo tantum ΔAK, modo vero addito etiam ΠAPΘ; ita in his perspicuum est cum notis chronol. ΓΞP non semel omitti titulum ΠAPΘ. Qua de re pariter videndum in citato saepe lib. de Epochis.

AVT KAIC NЄP TPAIANOC CЄB ΓЄPM Caput Trajani laureatum.

ΔHM. ЄΞ YΠAT. B Binae Apollinis lyrae, quibus superne noctua insistit. Arg. 3.

. Consulatum II iniit Trajanus anno V. C. Varr. DCCCLI cum Nerva, a quo adoptatus; III. vero Kal. Januariis An. DCCCLIII. Ipsis itaque ejus imperii auspiciis brevi vita functo patre Nerva cusus nummus videtur in gratulationis argumentum. Ex aliorum num. analogia ad Lycios non immerito referri solet.

AV NEP TPAIA..... Caput Trajani laureatum.

MAΓ ΛEVKOΦPYC *Leucophryne Magnetum* Diana Polimammia cum tutulo in capite, aliisque adminiculis. Ær. min.

Magnesia, de qua in hoc nummo in Jonia sita erat, et ad Meandrum dicebatur, licet a Letheo amne propius abesset. Vna ex tribus extitit, quas Artaxerxes Themistocli dono dederat. Diana Leucophryne apud hanc Vrbem magno in honore habebatur, ejusque templum magnificentia, splendore, et amplitudine Ephesino tantum, et Didymeno per totam Asiam celeberrimis cedebat, ex Strabone lib. XIV. Vid. etiam Bonarrotius Observat. Hist. pag. 88. Hunc ipsum editum jam invenies a Sestin. D. N. V. p. 342.

AV. NEP TPAIANOV KAI ΣE ΓE Δ *Imp. Nervae Trajani Caesaris Aug. Germ. Dacici*. Caput Ner. Trajani laureatum.

MIΔAEΩN Æsculapius stans, d. baculum, cui involutus serpens. Midaeorum in Phrygia. Ær. 3.

Editus hic pariter a Sestinio Descript. N. V. p. 472, sed retinenda capitis epigraphe, ut supra. Alterum exim. cum Midae Regis imagine vide inferius in Maximo Caesare.

A TPAIANOC.. ΔY..... ΔIO Caput Trajani laureat.

ΘЄAN PΩNHN MYPI Caput femineum comptis capillis,

parumper in vertice turrita, et stolata ad pectus. Ær. min. Tab. XVIII. n. 114.

Hactenus perspectum erat ex nummis Vrbem hanc Aeolidis magistratum habuisse, qui CTPATHΓOC, sive Praetoris dignitate ornatus. Ex nummo Domitiani cum capite Domitiae paulo ante allato jam patet Myrinaeos Archontem quoque admisisse, quod nomen integrum eo in nummo legitur. In hoc incertum nomen magistratus, ejusque dignitas.

Nemini ignotum est Vrbem Romam ab assentatoribus graecis sub Deae nomine aris, templisque cultam fuisse, praecipue vero apud Pergamenos, apud Ephesios, Alabandas etc. Cl. Sestinius, qui hunc ipsum affert Descript. N. V. pag. 314, sub Romae imagine Hadrianum agnoscit, sed est effigies plane feminea, ac mea quidem sententia Trajani uxori Plotinae eam potius convenire censerem.

AVT K TPAIANOC CωTHP ΠOΛΕωC *Aug. Caesar Trajanus Servator Vrbis*.

NΕIKOΠOΛIC Victoria gradiens, d. coronam, s. palmam. Ær. 3.

Vaillantius fere similem ad Nicopolim Moesiae inferioris referendum censuit, ut puto, quod teste Ammiano L. XXXI a Trajano condita fuerit in signum victoriae Dacicae. Sed in hujus Vrbis nummis additur semper fluvii nomen, ad quem sita erat sic ΠPOC I. IC, ICT, ICTP. etc. quorum magnum numerum vide in Catal. Vindob. tum apud Sestin. Descript. N. V. Hinc non immerito Eckhel. Doctr. N. V. T. II pag. 16 hosce nummos Nicopoli Epiri adscribendos esse judicat.

AVT KAIC ... PAIAN.... ΓΕPM ΔAK Caput Trajani laureatum.

ΦIΛIOC ZΕVC TPAIANOC ΠΕPΓAMHNΩN Templum tetrastylum, in quo Juppiter amicitiae praeses sedet, ex adverso Trajanus paludatus stat. Ær. 1.

AVT TPAIANOC CΕBACT Ejus caput laureat.

ΦΙΛΙΟϹ ΖϾΥϹ ΠϾΡΓΑ. Juppiter sedens, d. pateram, s. hastam gerit. Ær. 3.

De Jove Philio, sive amicitiae praeside, quod omnes homines velit inter se esse amicos, ut interpretatur Dio Chrysostomus, per quem etiam veteres in sermone familiari jurare solebant, plura vide, si lubet, apud Eckhel. T. II. p. 465.

... ΝϾΡ. ΤΡΑΙ. ΑΡΙϹΤ.... Caput laureat.

ΠϾΡΓΑΜΗΝΩΝ Mulier stolata cum tutulo in vertice stans, d. pateram, s. cornucopiae gestat. In area monogramma ☧. Ær. 4.

ΑΥ ΚΑΙ ΝΕ ΤΡΑΙΑΝΟΣ ΣΕΒΑ Γ *Imp. Caes. Nerva Trajanus Aug. Germ.* Caput Trajani radiatum.

ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ *Perinthiorum* in Thracia. Ceres stolata stans, d. spicas, s. hastam gerit. Ær. 2.

ΑΥΤ...... ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΡΙϹΤ ϹϾΒ ΓϾΡΜ ΔΑΚ Caput Trajani laureatum.

ϹϾΛϾΥΚϾΩΝ ΠΙϾΡΙΑϹ Β ΖϾΥϹ ΚΑϹΙΟϹ *Seleucensium Pieriae* Templum tetrastylum, in quo lapis conoideus. Ær. 2.

Alius similis, sed lit. Ͼ. Ær. 2.

Alius, sed ϛ. Ær. 2.

Literae solitariae Β, Ͼ, ϛ, in tribus hisce nummis quod annos imperii Trajani designare nequeant, certo suadet titulus optimi ΑΡΙϹΤ singulis adjectus; de duabus vero primis testis est etiam titulus Dacici ΔΑΚ, quem, ut saepe dictum est, nonnisi anno VI eidem accessit. Vide quae in Vrbe Beroea, Hierapoli, et Cyrrho paulo supra dicta sunt. Jovis Casii figuram explicat Pausanias scribens in Syriac. *Morem olim fuisse apud Graecos informibus lapidibus pro simulacris divinos honores habere.*

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΕΔΩΚΕΝ Caput Trajani laureatum.

ΣΕΠΦΩ

ΡΗΝΩΝ Palma arbor dependentibus hinc, et inde duobus dactylis. Ær. 2.

Est sine nomine Trajani, qui tamen ex ipsa facie agnoscitur. Confirmat iste lectionem vocis ΕΔΩΚΕΝ, idest *donavit*, *dedit*, quam Pellerinius in suis invenit. Asserere oportet Vrbem hanc quam Flav. Joseph. inter praecipuas, validioresque Galilaeae recenset, a Trajano peculiari aliquo beneficio affectam fuisse, cujus memoriam pecuniae suae commendatam voluerit. Vnius Trajani cum hoc nomine inveniuntur; nam de altero Hadriani merito dubitat Pellerinius. Deinceps Diocaesarea dicta fuit, et ita in nummis inscribitur ab Antonino Pio.

ΑΥΤΟ ΝΕΡ ΤΡΑΙΑΝ... Caput Trajani laureatum.

ΣΙΔΩΝΟΣ ΝΑΥΑΡΧΙΔΟΣ In area L ΖΚΣ Anno CCXXVII Mulier seminuda stans supra navim, d. extensa. Quinque Ær. 2. Tab. XXXVII n. 31.

Caput Trajani radiatum, epigraphe deleta.

ΣΙΔΩΝΟΣ ΘΕΑΣ in imo, superne ΖΚ... supple anno CCXXVII. Europa tauro vecta. Ær. 2.

Editi hactenus sunt vitiati in adversa. In duobus ex allatis clare legitur, ut supra, nec superest spatium, nisi pro duabus, vel tribus literis. Omissi igitur in his tituli ΔΑΚ, ΠΑΡΘ, licet notae ad supremum Trajani tempus referantur. De iis vide in lib. de Epoch.

ΑΥ ΚΑΙ..... ΑΝΟϹ ΑΡΙϹ ΓΕΡ ΔΑ Caput Trajani laureat.

ΤΑΒΗΝΩΝ Mulier velata, et tutulata, d. racemum inter duas spicas, s. hastam gerit. Ær. 2.

Taba inter Cariae, Lydiae, Pisidarumque fines posita modo uni, modo alteri Provinciae a veteribus Scriptoribus assignatur. Ob nomen optimi ΑΡΙϹ in medio inscriptionis additum circa postremum imperii Trajani tempus editus nummus dicendus est.

ΑΥΤΟΚΡ ΚΑΙϹ ΝΕΡ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ϹΕΒ ΓΕΡΜ. Caput Trajani laureatum.

ΚΛΑΥΔΙΟ ΤΙΒΕΡΙΕΩΝ Fortuna stans supra proram navis, d. temonem, sin. cornucopiae. In area hinc, inde ET ΑΠ: Anno LXXXI. Ær. 2.

ΑVΤ ΚΑΙ ΝЄΡ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ϹЄΒ ΓЄΡ Caput Trajani laureat. ΤΙΒΕΡΙ ΚΛΑVΔΙ. In area ΕΤ ΑΠ Anno LXXXI. Dea Salus rupi insidens, ad cujus radices fons emergit, serpentem pascit. Duplex Ær. 2. Tab. XXXVII. n. 32.

Saluberrima Tiberiensium balnea hoc typo designantur.

ΑVΤ ΚΑΙ ΝЄΡ ΤΡΑΙΑ ..... ΓЄΡ Caput Trajani laureatum. ΤΙΒΕΡ ΚΛΑV In area hinc inde ΕΤ ΑΠ Spica inter duplex cornucopiae. Ær. 3.

Α ΚΑΙ ΝЄΡ ΤΡΑ .... In area ЄΤ ϥ Α. XC. Palmae ramus inter duplex cornucopiae. Ær. 3. Tab. XXXVII. n. 33.

Similem indicat Pell. Mel. II p. 327. Epocha Tiberiensium illustratur in Lib. de Epoch.

.... ΑΙϹ ΝΕΡΟVΑ ΤΡΑΙΑΝΩ ϹЄΒ ..... Caput Trajani laureatum.

ΤΟΜΙ ..

ΤΩΝ Trophaeum cippo impositum. Ær. 3.

Vide in altero Domitiani.

ΑVΤΟΚΡ ΚΑΙϹ ΝЄΡ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΡΙϹΤ ϹЄΒ ΓЄΡΜ ΔΑΚ ΠΑΡ Caput Trajani laureatum.

ΦΛ. ΧΑΛ

ΚΙΔЄΩΝ

Κ Є cum lineola supra notas. In laurea. Dupl. Ær. 2.

Epigraphe capitis ex his duobus integra emergit. De Epocha A. XXV vide cit. Lib.

.... ΑΡΙϹΤ ϹЄΒ ΓЄΡΜ ΔΑΚ ΠΑΡΘ Caput Trajani laureatum.

ΦΛ. ΧΑΛ

ΚΙΔЄΩΝ

Α in corona laurea. Ær. 2.

Similis nummi a Vaillantio mendose describitur capitis epigraphe omissis titulis ΑΡΙϹΤ, et ΠΑΡΘ. Cum itaque hu-

jusmodi tituli in nostro integerrimo minime desiderentur, hinc falsa ejusdem Vaill., Norisii, aliorumque opinio de anno I imperii, qui ea nota designetur. Cum autem iste a duobus superioribus nihil plane differat, excepta hac nota, patet singulos hosce nummos editos fuisse postremis ejusdem Trajani imperandi annis, quibus *Parthicus* a Senatu appellari meruit. Idem dicito de nota Δ in nummis jam editis.

.... ΤΡΑΙΑΝΟV Α .... Caput Trajani laureat.

.. ΙΟC ad basim arae, sive monumenti cum foribus inscriptum, sine alia epigraphe. Ær. 3.

Arigonius in alio simili Trajani, sed s formae integram exhibet lectionem ΔΙΟC Ser. III Imperial. Tab. VIII. n. 74. Ex eo igitur supplendus hic noster. In nummo Selinuntis Septim. Severi idem Trajanus cernitur sub Jovis figura in templo, in cujus fronte legitur ΘЄΟV ΤΡΑ. Vide illum infra suo loco.

ΑVΤΟΚ ΤΡΑΙΑΝΟC Caput Trajani cum chlamyde ad pectus.

ΠЄΛΚЄΑ Diana venatricis habitu, d. telum e pharetra depromens, laeva extenta arcum gestans, ad pedes canis venaticus. Ær. min. Tab. XIX. n. 118.

Novum hic Dianae Pelceae nomen emergit, quod in hoc nummulo licet minutissimis literis inscripto clare legitur; ita ut nulla de Pergaeae Arthemidos vocabulo ibidem expresso dubitatio suboriri queat. Neminem latet Dianam ab Vrbibus, in quibus summo honore colebatur nomen saepe tulisse, ut Ephesiae, Pergaeae etc. frequentius etiam ab attributis, a candidis superciliis, a munere, et beneficiis, ut Leucophrynes, Dictynnae, Luciferae, Persicae etc. Quid simile igitur de hoc incertae Vrbis nummo statuendum.

NVMMI AEGYPTII

ΑVΤ ΚΑΙΣ ΝЄΡ ΤΡΑΙΑΝΟΣ ΓЄΡ Σ Caput Trajani laureat.

L Α Serpens exilior habens ad s. caduceum, ad d. spi-

cam assurgentem. Infra, et in area signa. Ær. 2.

Est facie admodum juvenili Trajanus, quod anno primo sit editus nummus.

AVT KAIC NEP TPAIAN CEB ΓEPM Caput Trajani laur.

LιΔ Caput Serapidis cum modio in capite. Ær. 2.

En iste sine titulo Dacici, nondum ab eo devictis Dacis.

.... TPAIAN CEB ΓEPM ΔAKIK Caput Trajani laureat.

L IB An. XII Binae turres intermediis superne aquila, inferius Canopo cum calantica, et modio in capite. Ær. 1. Tab. XIX. n. 119.

Ædificium castris romanis simile cum turribus, ut in utraque columna cochlide, et Musivo Praenestino cernitur.

......B ΓEPM ΔAKIK Caput Trajani laureatum.

L IE An. XV Nilus decumbens, in imo crocodilus. Ær. 1.

AVT TPAIANOC CEB ΓEPM ΔAK Caput Trajani laureatum.

L IE· An. XV Serapis stans tutulatus, et chlamydatus in templo distylo duabus ingentibus columnis suffulto, d. extensa, sin. virgam, sive hastam, ad pedes cerberus. In zophoro templi binae sphinges globo intermedio Ær. 1.

AVT.....PAIAN CE.. ΓEPM ΔAKIK Caput Trajani laur.

L Iς Quadrigae equorum, qnibus vehitur Imp. cum sceptro. Ær. 1.

.......PAIAN ΓEPM ΔAKIK Caput Trajani laureat.

L Iς An. XVI Apollo seminudus, s. plectro innixus, dextraque capiti admota aliam figuram respicit ex adverso stantem cum arcu, et habitu brevi, et cothurnis forte Palladem. Ær. 1.

Caput Trajani laureatum epigraphe deleta.

L IZ An. XVII Figura seminuda barbata in bigis stans, d. elata, sin. cornucopiae: a pantheris, sive ab alio ferarum genere incerto vehitur, quarum altera retro conversa stantem in bigis respicit. Ær. 1. Tab. XIX. num. 120.

AVT ΤΡΑΙΑΝ ΑΡΙ CЄΒ ΓЄΡΜ ΔΑΚΙΚ ΠΑΡ Caput Trajani laureatum.

L K Juppiter Serapis cum modio in capite, et pallio insignis sellae insidet, dextra ad aquilam pro pedibus stantem extensa, sin. hastam gerit. In superiori parte sellae ad. d. ante Jovis faciem stat victoriola cum corona. Ær. 1.

Alius cum eodem anno L K, sed Nilus humi jacens Hippopotamo innititur. Ær. 1.

AVT ΤΡΑΙΑΝ ΑΡΙ CЄΒ ΓЄΡΜ ΔΑΚΙΚ ΠΑΡ Caput Trajani laureatum.

L K Æquitatis typus cum bilance, et cornucopiae. Ær. 2.

Postremus Trajano annus L. K. XX in moneta Ægyptia. Et revera cum diem suum obierit Selinunte in Cilicia die XI augusti anni V. C. Varr. DCCCLXX, certo sequitur tanti casus nuntium, quam celerrime etiam in Ægyptum perferri debuisse, et antequam reverteretur ipsorum annus civilis ex Neomenia Thoth, sive die XXIX augusti ejusdem anni. Trajanus autem ineunte novembri A. V. C. DCCCL. adoptatus solus imperium decedente Nerva moderari coepit sub exitum mensis Januarii anni seq. V. C. DCCCLI. Hinc merito respuendus cum Zoega nummus Patini cum L. KA. De tempore, quo titulus Parthici Trajano primum ex S. C. accesserit, idemque in monumentis, nummisque tam latinis, quam graecis signari coeperit alibi fuse egimus, quae non sunt hoc loco repetenda.

AVT ΤΡΑΙΑΝΟC ΚΑΙ . . . . Caput Trajani laureatum.

Anno deleto. Imperator paludatus stans, d. aquilam globo impositam sustinet, s. hastam puram. Ad ejus pedes figura provinciae moesta, dextraque ad faciem admota jacet coram trophaeo. Retro Victoria stans dextra Trajani capiti coronam imponit. Ær. 2.

Ad Dacicam Trajani victoriam celebrandam elegans hic nummus ab Alexandrinis cusus videtur.

. AVT ΤΡΑΙΑΝ CEB ΓΕΡΜ ΔΑΚΙΚ Caput Trajani laureatum.
ΕΙΡΗΝΗ ΚΑΙ ΟΜΟΝΟΙΑ Anno deleto. Binae mulieres stolatae stantes dextras jungunt: una binas spicas sin. elata, altera duplex cornucopiae gestat. Ær. 1.

Signatus dicendus est ante An. XVII L IZ, quo jam Trajano addi coepit in nummis optimi APICT. titulus.

PLOTINA AVG

ΠΛΩΤΕΙΝΑΝ CEBACTHN Caput Plotinae cum stola ad pectus, et peculiari capitis ornamento.

ΕΠΙ ΤΡΑΙΑΝΟΥ ΚΑΙ ΤΟ Γ. ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. *Sub Trajano Caesare tertio* magistratum exercente. Delphinus inter duas pelamides. Ær. 2. Tab. XIX. n. 121.

Docet hic nummus Byzantios suum erga Plotinam obsequium declarasse Trajano marito illius Vrbis magistratum gerente, non solum anno B, ut in hactenus editis, verum etiam anno tertio Γ: quem exhibent ipsius quoque Trajani nummi jam vulgati.

ΤΡΑΙΑΝΟC ΠΛΩΤΕΙΝΑ Caput Trajani laureatum, et Plotinae crispis, fluentibusque capillis se mutuo respicientia.

...Ε ΣΙΑ, idest ΕΦΕΣΙΑ lit. orizontalibus, intermedia Diana Ephesia cum adminiculis. Ær. 2. Tab. XIX. num. 122.

Elegans nummus ined. ab Ephesiis honori utriusque dicatus. Post nomen ΤΡΑΙΑΝΟC vestigia lit. C supersunt, quae in iconismo omissa.

ΠΛΩΤΕΙΝΑ CEBACTH Caput Plotinae cum stola ad pectus.

ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ Mulier stolata stans, d. coronam, s. hastam. Ær. 1

Ex Mus. Persico.

Confirmat iste eximius, et integritate praestans nummus alterum Patini, sed minoris formae cum eadem aversa,

tum binos, quos innuit Eckhelius D. N. V. sub Amastri Trajani, et Plotinae ex Musaeo Caesareo, cujus tamen incerta lectio in Catal. Vindob. Ex quibus etiam hanc Vrbem inter Metropoles recensendam censuit, notans id a Vaillantio, et Pellerinio omissum. Sed mea quidem sententia aliam interpretationem postulare videtur ea vox ΜΗΤΡΟΠΟΛЄΙΤΩΝ. Nam si revera Amastris a Trajano metropoleos honore decorata fuisset, quis non sibi suaserit eandem in subsequentibus nummis, quos ingenti copia mox emisit, aliquando saltem se metropolim nominare debuisse exemplo aliarum Vrbium, quae semel metropoleos jure, vel honore auctae in sua deinceps pecunia eum titulum numquam fere omittere consueverunt? Vnus Vaillantius ab ipso Trajano ad Faustinam jun. non minus, quam quadraginta octo Amastries nummos describit, quin ullus eorum metropoleos titulum adjectum referat. Idem dicito de caeteris Mus. Caesarei, aliorumque, qui hactenus innotescunt. Non immerito igitur inferre fas est ea voce, quae legitur in suprascriptis nummis Trajani, et Plotinae exprimi potius voluisse concordiam inter Amastrien, et aliam Vrbem, quae metropolis vocabatur, sive illa esset una ex tribus, quarum nummos jam habemus, sive ex aliis, quas complures recenset Stephanus de Vrb. Nec quicquam obstat, quod omittatur vox ΟΜΟΝΟΙΑ, cujus rei tam multa extant exempla. ΑΜΙϹΟϹ, ΑΜΑϹΤΡΙϹ ad rem faciunt ex nummo Vaillantii, ut caetera omittam. Si ex comuni fere Graecorum more scriptum esset ΜΗΤΡΟΠΟΛЄΩϹ nulla superesset justa dubitandi causa.

MARCIANA AVG

ΜΑΡΚΙΑ ϹЄΒΑϹΤΗ Caput Marcianae sororis Trajani.

ϹΑΡΔΙΑΝ.. ΠЄΔΟΥ Eques paludatus dex. elata flagrum gestans, equum ad cursum ocissime prosequendum incitat. Ær. 3. Tab. XIX. n. 123.

Cl. Sestin. Doctr. N. V. p. 438 hunc meum referens legit ΜΑΡΚΙΑΝΑ, quod idem fecerat Vaillantius. Sed meus duplex pulcherr. atque integerrimus, quorum alter videndus jam apud Principem Stanislaum de Poniatoschi harum mercium amatorem, cultoremque praestantissimum, non aliam continet epigraphen, quam ΜΑΡΚΙΑ, ut in iconismo. Etiam in nummo Perinthiorum Plotinae cum capite Trajani legitur tantum ΠΛΩΤΕΙ CЄΒΑC. apud Haym. Parte II Tab. XXXII n. 9. Capitis tamen ornatus Marcianae de alia qualibet suspicionem excludit.

ΜΑΡΚΙΑΝΑ CЄΒΑCΤΗ Caput Marcianae comptis consuetum in morem capillis.

In ambitu literae vitiatae. In imo legendum videtur... ΛΑЄΩΝ Fluvius decumbens, d. binas spicas, s. cornucopiae Ær. 3. Tab. XXXIX. n. 62.

Quantum integritatis servat nummulus iste in anteriori parte, tantundem amisit in aversa. Legendum tamen videtur ΤΑΒΑΛЄΩΝ, addito etiam nomine Hermi fluvii, a quo haec Vrbs Lydiae alluebatur. Similem fere exhibet Arigonius Ser. 3. Imp. Tab. IX. n. 84. Nullos Marcianae inspectos a Cl. Pellerinio ex ejus silentio judico, quod raritatis indicium.

P. AELIVS HADRIANVS AVG

ΑΥΤΟΚΡ ΚΑΙC ΤΡΑΙΑΝ ΑΔΡΙΑΝΟC CЄΒ Caput Hadriani laureat. In aliis.

ΑΥΤ ΚΑΙC Θ ΤΡ Π ΥΙ Θ ΝЄΡ ΥΙΩ ΤΡ ΑΔΡΙΑΝΟC CЄΒΑC. Hoc est *Imp. Caes. Divi Trajani Parth. fil. Divi Nervae Nepos Trajan. Hadrianus Aug.*

Aversa in singulis intra lauream, ut sequitur

S C	S C	S C	S C	S C	S C	S C
A	B	Z	Θ	A B	Γ Δ	Є ϖ

Addendae Catalogo Sestinii Epist. Tom. IV. pag. 35. notae Ζ, Θ, et Єϖ, nihilque addere oportet ad ea, quae in

nummis Nervae, et Trajani probata sunt, ut quisque sibi suadeat hasce notas ad annos imperii designandos minime appositas fuisse.

..... ΚΑΙC ΤΡΑΙΑΝΟC ΑΔΡΙΑΝΟC Caput Hadriani laureat.

Protome Arabiae turrita nudato pectore, et utrimque sinuata veste diducta, binos infantes ad ubera admotos sustinens lactat. In imo ARABIA. Ær. min.

Ad Arabiam Asiae a Trajano adquisitam spectare dicendus est hic nummus, sive fabricam spectes, sive quod careat epocha, sive quod typus, ac stylus in Nomis Ægypti sit diversus. Ad hanc Asiaticam revocandum puto alterum, qui ab Hard. de Vrb. ita describitur ΑΡΑΒΙΑ. *Turrita mulier geminos lactat infantes*, quin ullam de notis chronol. mentionem faciat, ut falso supponit Zoega in Hadr. pag. 121. n. 201. Alter Trajani cum notis L IΓ ex Vaill. ob camelum additum huic sane adscribendus.

ΑΥΤ ΑΔΡΙΑΝΟC ΚΤΙCΤΗC Caput Hadriani laureatum.

ΑΡΓЄΙΩΝ *Argivorum* in Peloponneso. Aquila stans alis expansis. Ær. min.

In altero etiam ipsius Hadriani nummo ab Argivis edito apud Catal. Theup. idem Imp. ΚΤΙCΤΗC appellatur, et in aversa parte in medio coronae legitur ΝΕΜΕΙΑ. Hunc autem, aliosque hujus generis merito Sestinius Argis Peloponnesi vindicat T. III Epist. Numism. pag. 111, quod noster cum aquilae typo confirmat. Nam ex Pausania constat Hadrianum certum currendi morem, quo in Jovis Nemaei ludis uterentur restituisse, Hinc assentationis gratia eundem certaminum suorum Conditorem dixerunt. Typus iste quatuor illis addendus, quos ibidem sub Hadriano describit Sestinius. Vtrum vero nummi singuli cum inscriptione ΑΡΓЄΙΩΝ ad Peloponnesum spectent, an aliqui Ciliciae Vrbi ejusdem nominis adscribendi sint, mihi definiendum minime sumam. Consule laud. Sestinium, tum Eckhelium, ubi de Argis Ciliciae sermonem habet T. III. Doctr. Num. pag. 49.

CЄΒΑϹΤΟϹ Caput Hadriani laureatum.

ΑϹΚΑΛ .... ΒΚϹ Anno CCXXII Dea Astarte cum attributis. Ær. 2. Tab. XIX. n. 124.

Ascalon parce admodum nomina, et titulos Imperatorum adjecit. De notis vide in cit. saepius lib. de Epoch.

ΑVΤ ΚΑΙ ΑΔΡΙΑΝΟϹ Caput Hadriani laureatum.

ΒΑΙΘΗΝΩΝ Juppiter stans, d. aquilam, s. hastam. Ær. 3.

Paucis hujus Vrbis hactenus editis adjiciendus. Vide etiam in autonomis.

...... ΑΔΡΙΑΝ Caput Hadriani laureat.

ΓΑΖΑ Α ΕΠ ..... Hercules nudus stans, d. clavae innititur, laeva exuvias leonis gestat, et ꟸ in area, quod est signum hujus Vrbis Judaeae. Ær. 3.

Notae epochae Gazensium evanuerunt, de quibus supplendis vide in lib. n.de Numm. Imp. cum not. chronol.

ΑVΤ ΚΑΙϹ ΤΡ ΑΔΡΙΑΝΟϹ CЄΒ Caput Hadriani laureat.

ΔΗΜΗΤ ..... supple ΔΗΜΗΤΡΙЄΩΝ. Mulier stolata stans. Ær. 2.

Ex Mus. Cl. Taninii mihi dudum amicitia conjuncti descriptus. Quam pauci innotescant hujus Vrbis nummi, quae communiter Thessaliae adscribi solet, quidque de ea sentiat Eckhel. vide in ejus D. N. T. II p. 137.

ΑVΤ Κ Τ ΑΔΡΙΑΝΟϹ Caput Hadriani laureatum.

ΔΟΡΥΛΑΙΩΝ *Dorylensium* Neptunus stans, d. delphinum, s. tridentem. Ær. 3.

Vrbs Phrygiae Epicteti. Typus iste addendus Catalogo, quem hujus Vrbis, universaeque Phrygiae Epicteti dedit Cl. Sestinius Epist. Numis. T. III pag. 72.

ΑΔΡΙΑΝΟϹ ΚΑΙϹΑΡ ΟΛΥΜΠΙΟϹ Caput Hadriani laureatum cum paludamento.

ЄΦЄϹΙΩΝ ΔΙϹ ΝЄΩΚΟΡΩΝ Bina templa tetrastyla, in quorum aditu duae figurae stantes. Ær. m. Tab. XIX. n. 125.

Quod Hadrianus Jovis Olympii templum magnitudine, et splendore celeberrimum apud Athenienses a se erectum

dedicasset, in causa extitit, cur illum Ephesus, aliaeque passim Orientis Vrbes eo titulo honestaverint. Caeterum Ephesii Commodum etiam ad imperii Romani perniciem, et infamiam natum, solo assentandi studio eodem vocabulo Jovi aequarunt. Athenienses praeterea Periclem suum ob eloquentiam, aliumque ignobilem ex Phoenicia hominem pari honore affecerunt. De Hadriani templo, quod Athenis extructum fuerat, videndi praeter Dionem, Spartianus, et Pausanias. Bina templa neocoratus sui numero respondent. De neocoratu videndus Eckhel. D. N. T. IV. p. 298, ubi recensitis dissidentibus Eruditorum opinionibus, suam quoque in extremo adjungit. Sed illud insuper de hoc argumento me deprehendisse videor ex pluribus nummis, qui jam editi fuerunt: pro unoquoque neocoratu, quo Vrbs quaelibet augeretur, templum ejus rei causa, vel a fundamentis erectum, aut certe jam existens ad munia neocoratus exercenda peculiariter destinatum fuisse.

ΑΔΡΙΑΝΟϹ ΚΑΙϹΑΡ ΟΛΥΜΠΙΟϹ Caput Hadriani laureat.

ΑΡΤΕΜΙϹ ΕΦΕϹΙΑ Diana Ephesia cum cervis, aliisque adminiculis. Ær. 1. Tab. XIX. n. 106.

Nummus hic quoque ob titulum Olympii spectabilis.

ΑV ΚΑΙ ΤΡΑ ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕ ϹΕΒΑϹΤΗ ϹΑΒΙΝΑ Capita adversa utriusque, Sabinae quidem comptis proprium in morem a fronte capillis, Hadriani vero laureatum.

ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΕΦΕϹΙ ΔΙΚΑΙΟϹΥΝΗ Mulier stolata stans, d. bilancem, s. cornucopiae. Ær. 3. Tab. XXXIX. fig. 63.

Hactenus in Ægyptia moneta, et commatis romani ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ, sive Justitiae, et Æquitatis symbolum, et nomen visum fuerat. Primus iste in Graeca Vrbe Ephesia, quod noverim. Cl. Sestinius. Lettere T. VIII. pag. 104. çum eadem aversa: alium profert sub Gordiano, de cujus lectione patet ex hoc nostro haud esse dubitandum.

ΑΔΡΙΑΝΟΝ ΚΑΙϹΑΡΑ ΘΕϹϹΑΛΟΙ Caput Hadriani laureatum. *Hadrianum Caesarem Thessali*.

ΨΟΧ ΝΙΚΟΜΑΧΟΥ Pallas armata spiculum vibratura. Duplex Ær. 3.

Nexum alii aliter interpretantur. Vide Harduinum, qui eum sic explicat, ut substituendum velit ΠΑΡΟΧΟΥ. Sed haec interpretatio valde ambigua, ut patet. Cl. Sestinius sic eum solvit CΤΡΟΥ, atque interpretatur CΤΡΑΤΗΓΟΥ, sed ejus conjecturam excludit lit. Χ, quae in meis duobus clarissime conspicitur.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΑΔΡΙΑΝΟC Caput Hadriani laureatum.

ΗΛЄΙΩΝ Herois figura habitu brevi, cum cothurnis in pedibus hastam transversam gerit dextra, s. vero equum capistro retinet. Ær. 1. Tab. XIX. n. 127.

Nummos similiter inscriptos ΗΛΕΙΩΝ non Elidis Vrbis, sed universae ejus regionis potius esse monetam, merito censet Eckhelius D. N. T. II pag. 263, et seq. Est numisma istud miro artificio elaboratum, ejusque singularis typus aversae partis nondum editus. Ea forte celete victorem designat in Olympicis ludis sub Hadriano ibidem celebratis.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΑΔΡΙ...... Caput Hadriani laureatum.

ΗΛЄΙΩΝ Aquila stans, expansis alis rostro coronam gerit. Ær. 3.

En aquila in Elide Jovi Olympico sacra, quae regio ob olympica certamina adeo celebris extitit.

... ΤΡΑΙ ΑΔΡΙΑΝ... Caput Hadriani laureatum.

.... ЄΩΝ De *Iliensium* Vrbe interpretanda vox.

Caput Palladis galeatum cum aegide ad pectus. Ær. 3.

Minervae Iliadis templum, ejusque cultus apud veteres mire celebratus. Romani, quod ab ea Vrbe originem habuisse putarent, fanum supradictum temporum injuria pene desertum instaurarunt, et Claudius Caesar illi Vrbi tributa in perpetuum remisit.

ΑΥΤ ΚΑΙΣ ΤΡ... ΑΔΡΙ...... Caput Hadriani laureatum.

Λ.... ΑΚΗΝΩΝ Supple ΛΑΜΨΑΚΗΝΩΝ Priapus stans, barba conspicuus. Ær. min.

Hunc nummulum editum invenies apud Sestin. Descript. Num. V. p. 279. Vrbs ista, cujus uberrimam seriem texuit laud. Sestin. tum loco cit. tum Lit. Numism. T. IV p. 67, Themistocli a Xerse assignata fuerat, unde vinum sumeret. Ad Hellespontum posita Priapi cultu celebris. Hinc Ovid. Trist. lib. I Eleg. XI cecinit:

Et te ruricula Lampsace tuta Deo.

AV ΚΑΙ ΤΡΑΙΑ ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹЄΒΑ Caput Hadriani laureat.
ΚΟΙΝΟΝ ΚΡΗΤΩΝ Diana venatrix telum e pharetra depromit, s. arcum praetendit, ad pedes canis cursum velut arrepturus. Ær. 2.

AVTOK ΑΔΡΙΑΝΟϹ Caput Hadriani laureatum.
Κ Κ Ara, cui fruges impositae. Dupl. Ær. min.
Alius parum diversus. Ær. min.

Literae Κ Κ explicandae videntur ΚΟΙΝΟΝ ΚΡΗΤΩΝ, potius quam de Cilicia, aut Cypro suadente ipsa nummi fabrica. Multo vero minus ad Ægyptum spectant.

AVTO ΤΡΑΙΑ ΑΔΡΙΑΝ ...... Caput Hadriani laur.
ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ Cyzicus Mysiae in Hellesponto. Ceres cum duplici taeda. Ær. 3.

AV ΚΑΙ ΤΡΑ ΑΔΡΙΑΝΟϹ ΟΛΥΜΠΙΟϹ Caput Hadriani laur.
ΑΓΡΙΠΠΙΝΟϹ ϹΤΡΑΤΗΓΩΝ ΑΝЄΘΗΚЄ ΛΑΟΔΙΚЄΩΝ Juppiter, d. aquilam, s. hastam gerens, medius stat inter Deam tutulo in vertice ornatam, et Palladem galeatam. Illa d. hastam, s. pomum gerit; haec ramum oleae in d., et hastam in s. Ær. m. Tab. XIX. n. 128.

Aversam partem delineatam exhibet Pellerin. sub Sabina Mel. II Tab. XXVII. n. 12. Hic noster sub Hadriano. Idem Agrippinus modo Scriba, modo Praeses inscriptus plures utrique dedicavit. Idque factum putandum est ob aliquod peculiare beneficium, quod ab Hadriano acceperat haec Vrbs Laodiceae ad Lycum fluvium sita in finibus Phrygiae.

ΑΔΡΙΑΝΟϹ ΚΑΙϹΑΡ Caput Hadriani laureatum.

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ Juppiter stans, d. victoriolam, ad pedes aquila. Ær. min.

ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒΑϹΤΟϹ Caput Hadriani laureatum.

ΕΠΙ ΡΗΓΙΝΟΥ ΜΙΛΗϹΙΩΝ Apollo nudus stans, d. capripedem, sin. arcum. Ær. 3.

Rheginum hunc ex aliis Vaillantii Aurelii praenomen tulisse constat. De Rhegino mentio quoque in nummis Smyrnae ejusdem Joniae.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ .... ΡΙΑΝΟϹ ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕ..... ϹΤΟϹ Caput Hadriani laureatum cum paludamento.

ΠΕΤΡΑ ΜΗΤ... ΠΟΛΙϹ Mulier rupibus insidens, d. pateram, ad hum. sin. trophaeum. Ær. 2.

Vrbs primaria Arabiae Petraeae a Trajano subactae, et in populi R. potestatem redactae. Eruditiss. Spanhem. T. I. pag. 591 ex lapsu, ubi in hoc, et altero Vaillantii legitur ΠΕΤΡΑ, videre sibi visus fuerat ΠΕΡΓΑ; sed haec numquam Metropolis extitit.

Alius cum notis ΝΗ. An. LVIII. Ær. 3.

ΑΔΡ.... ΝΟϹ ϹΕΒΑϹΤΟϹ Caput Hadriani laureatum.

Ϲ Α

Ε Τ intermedio caduceo alato. Samosat. An. LIX. Ær.

Θ Ν min. Tab. XXXVII. n. 30.

ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒΑϹ ΕΤ. Ξ. An. LX Caput Hadriani laur.

ΦΛΑ

ϹΑΜΟ

ΜΗΤΡΟ in laurea. Duplex Ær. 3. Tab. XXXVII n. 29.

ΚΟΜ

De similibus nummis rectam lectionem jam dedit Pellerinius Mel. II p. 68, Vaillantium emendans, qui in uno huic nostro plane aequali sibi legendum putaverat ϹΑΕΤΩΝ cum Ω. Extant etiam apud Sestin. Vide de his in lib. de Epoch.

.... ΑΔΡΙΑΝΟϹ Ϲ.. Caput Hadriani laureatum.

ΣΙΔΩΝΟΣ ΘΕΑΣ ΗΚΣ Anno CCXXVIII. Currus, cui im-

positum est templum tetrastylum cum Dea Astarte. Dupl. Ær. 2. Tab. XXXVII. n. 34.

AV . . . . ΔΡΙΑΝ . . . . Caput Hadriani laureatum.

ΣΙΔΩΝΟΣ ΘΕΑΣ Η . . . Europa tauro vecta. Ær. 2.

Superne deficiente metallo epocha pene evanuit, superest tamen prima nota minor Η, quae eundem annum indicat, ut supra ΗΚΣ. De his vide in libro de Epoch.

AV ΚΑΙ ΤΡΑ ΑΔΡΙ . . . . Caput Hadriani laureatum.

ΚΛΑV . . . . In area . . Τ. ΙΡ supple ЄΤ ΙΡ An. CX. Juppiter sedens, d. pateram, s. . . . . Ær. 1. Tab. XXXVII. num. 35.

Nummus injuria temporum male habitus. Ad Tiberiadem tamen referendus, cujus notae, si ducantur ab epochae exordio, quod constituatur in ann. V. C. Varr. DCCLXX, pro celebrandis imperii Hadriani decennalibus editus censendus erit. Vide in lib. de Epoch.

AVΤΟΚΡ ΚΑΙCΑΡ ΤΡΑΙΑΝΟC ΑΔΡΙΑΝΟC Caput Hadriani laureatum, sed cum imagine, quae ad Trajani similitudinem plane accedit.

ΤΡΙΠΟΛЄΙΤѠΝ ΗΚΥ Anno CCCCXXVIII. Dea Astarte stans pede sinistro prorae navis imposito, d. hastam. Duplex Ær. 2. Tab. XIX. n. 129.

Alius, sed cum aliquibus Hadriani lineamentis. Ær. 2.

AVΤΟΚΡ ΚΑΙCΑΡ ΤΡΑΙΑΝΟC ΑΔΡ. . . . Caput Hadriani laureatum, sed non sine Trajani lineamentis.

ΤΡΙΠΟΛЄΙΤѠΝ ΗΚΥ An. CCCCXXVIII. Capita jugata Dioscurorum. Ær. 2.

Duo alii, sed jam Hadrianum referentes. Ær. 2.

Sunt quidam ex his nummis tam cum Deae Astartis typo, quam cum altero Dioscurorum, quorum facies ad Trajani similitudinem accedunt: sed teste ipsa epigraphe ad Hadrianum spectant. Oportet eosdem primo quoque tempore, atque ex typariis formis ipsius Trajani paululum immutatis emissos fuisse. Vide schema, et de notis lib. de Epoch.

ΑΔΡΙΑΝΟϹ ΚΑΙϹΑΡ Caput Hadriani laureatum.

ΧΑΛΚΙΔЄΩΝ Caput femineum triplici margaritarum ordine redimitum.

Ad Chalcidem Euboeae pertinet hic nummus elegans, qui nunc in Museo Classensi servatur. De hac Vrbe, et aversae partis imagine, plura diximus in nummo Augusti cum L. Livii imagine, et proconsulatu, qui videndus.

ΑΥΤ.... ΡΑΙΑΝΟϹ ΑΔΡΙΑΝ...... Caput Hadriani laureat.

ΦΑΧΑΛ
ΚΙΔЄΩΝ
ΔΒ intra lauream. Ær. 2.

............ΑΝΟϹ ΑΔΡΙΑ...... Caput laureat.

ΦΑΧΑΛ
ΚΙΔЄΩΝ in medio lauraeae.
Κ eique adiecto ope scalpri Η.

.. ..ΔΡΙΑΝΟϹ...... Caput laureat.

ΦΑΧΑΛ
ΚΙΔЄΩΝ intra lauream.
ΔЄ in monogrammate.

Nullus ex his tribus nummis epocham mihi continere videtur. De primo cum lit. ΔΒ nulla esse potest quaestio. In secundo lit. Η recentiori manu incisa fuit, et extra ordinem; nam lit. Κ, quae sola antiquitus insculpta mediam aream occupat. Itaque nota Κ in Hadriano annum quidem ejus imperii XX fortasse innuere poterit, non vero annos epochae, cum in Trajano addito titulo ΠΑΡΘ habeamus notas Κ Є, quae supremum ejus vitae tempus complectuntur. In tertio denique nexus est ex Δ, et Є compositus, qui cum male Monetario successisset, ut arbitror, proxime adjecit alterum Є. Haec tamen non obstant, quin fides habenda sit praeclarissimis testibus Norisio, Vaillantio, ac demum Sestinio in lib. nuper edito Descript. N. V. de distinctis notis ΔЄ ad epocham designandam aptissimis, quamvis ipse similem invenire maxime optassem.

.... ΑΙΑ ΑΔΡΙΑΝΟϹ C Caput Hadriani laureatum.

Caput Antonini Pii juvenili facie cum toga ad pectus, epigraphe incerta, lit. manentibus. Ær. min.

Ad Antonini Pii adoptionem spectare videtur.

.... ΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙϹΑΡ ΑΔΡΙΑΝ Caput Hadriani laureat.

.... ΠΙΤΩΝ ΑΡΞΑϹ. ЄΥΔΙΜΟϹ... ΡΩ.. Caput Jovis laureatum. Ær. 3. Tab. XIX n. 130.

De Jove Praeside Vrbis mentio habetur in nummis Romanis Pescennii, et Sept. Severi. Vox ΑΡΞΑϹ occurrit etiam in inscriptionibus graecis, ut in Veliterna Sex. Varii Marcelli, qua idem Praeses Numidiae significatur. Optandum, ut ab alio magis integro praestans hic nummus suppleri queat.

NVMMI AEGYPTII

.... ΚΑΙϹ ΤΡΑΝΟϹ (sic) ΑΔΡΙΑΝΟϹ Caput imberbe Hadriani cum paludamento.

L B An. II Nilus jacens, d. frondem aquatilem, s. cornucopiae, et proxime Hippopotamus stans. Ær. 1.

Cum anno I, L A, de quo nullum mihi invenire datum, caret etiam Mus. Borg., octo refert Cl. Zoega. Intra XVII dies ab obitu Trajani, qui contigit die XI augusti Selinunte in Cilicia A. V. C. Varr. DCCCLXX, usque in pridie Neomeniam Thoth, sive XXVIII ejusdem mensis, et anni, statuere oportet, et nuntium mortis Trajani Alexandriam allatum fuisse, moxque suprascriptos nummos cum L A, aliosque fortasse nondum editos emitti potuisse, ante quam iniret novus annus civilis Alexandrinorum die XXIX ejusdem mensis augusti, quo jam ex recepta Egyptiorum methodo signari debuisset annus imperii Hadriani II, ac requirit ann. postremus KB in pluribus ejusdem Imp. nummis. Sed de summa celeritate, qua Principum Romanorum obitus etiam ab Vrbe Roma Alexandriam pervenire potuerit, vide infra in nummo Alexandrino Antonini Pii cum L B.

AVT KAIC TPAIANOC AΔ..... Caput Hadriani laureatum.

L Γ Serpens erectus, et cristatus stans. Ær. 3.

AVT KAI TPAI AΔ.... CЄB Caput Hadriani laureatum.

L Δ Imperator cum sceptro, et flore in curru quatuor elephantorum. Ær. 1.

AVT KAI TPAI AΔPIA CЄB Caput Hadriani laureatum.

L Є Anno V Serpens exilior barbatus capite cristato erectus caudam circumplicans, hinc caduceum, inde parvum vexillum retinet, quale in navium malo appendi solet. Ær. 3.

..... TPAI.. AΔ....... Caput Hadriani laureatum.

L Є An. V Imperator in curru quatuor elephantorum, ut sub An. IV. Ær. 1.

AVT KAI.... AΔPIA....... Caput Hadriani laureatum. In area luna bicornis.

L ς Anno VI Canopus cum calantica, et tutulo in vertice. Ær. 2.

...T KAI TPAI AΔPIA.... Caput Hadriani laureatum.

L Z Capita jugata Jovis Serapidis, et Isidis; illud quidem radiatum cum modio in vertice, hoc alterum cum flore loti. Ær. 1. Tab. XX. n. 131.

Nummus elegans.

AVT KAIC.... TPAIAN AΔPI...... Caput Hadriani laur.

L H Anno VIII Serapis cum modio in capite stans, d. extendit supra cerberum ad pedes excubantem, s. hastam gerit. Ær. 2.

De hoc tricipite animali vide, quae adnotabimus infra.

AVT KAI TPAI AΔPIA CЄB Caput Hadriani laureatum cum paludamento ad pectus.

L ΔЄKATOY Protome Isidis cum flore loti in vertice, et veste ad pectus ornatissima. Ær. 2. Tab. XX. n. 132.

AVT KAI TPAIA AΔPIA CЄB Caput Hadriani laureatum.

L ΔЄKATOY An. X Fortuna stans, dex. navis gubernaculum, sin. cornucopiae. Ær. 2.

AVT KAI TPAI AΔPIA CЄB Caput Hadriani laureatum.

L ΔEKATOY Anno X Serpens crassior erectus cristatus, cauda circumvoluta sistrum retinet. Ær. 2.

AVT KAI TPAIA AΔPIA CЄB Caput Hadriani laureatum.

L ΔЄKATOY Aquila stans, ac veluti gradiens alis minime explicatis. Ær. 2.

AVT KAI TPAI AΔPIA CЄB Caput Hadriani laureatum.

L ΔE Anno X Delphinus anchorae obvolutus. Ær. min.

Caput Hadriani sine epigraphe.

L ΔE Anno X Sistrum. Ær. minimi moduli integerr.

AVT KAI TPAI AΔPIA CЄB Caput Hadriani laureatum.

L ENΔEKATOY Imperator capite velato, et laureato sedens, d. extensa volumen, s. hastam gerit. Ær. 2.

Cl. Bellejus post Vaillantium in ea fuit opinione, ut putaverit Hadrianum anno Ægyptiaco XI vetera Ægypti Vrbibus privilegia confirmasse, et addidisse nova, de quibus mentio est apud Spartianum, et Vopiscum; eaque de causa a singulis Praefecturis eodem anno tanta copia signatos fuisse nummos in beneficii memoriam. Ejus conjecturis non minime pondus accedere puto ex praeclaro hoc nummo anecdoto, in quo Imperator porrecta dextra chirographum tenet, atque ex velato capite ostendere videtur illud post sacrificium, sacrasque peractas caeremonias a se promulgatum fuisse. Nullus alius similis typus invenitur sub praecedentibus annis in uberrimo Zoegae Catalogo, neque in subsequentibus, si nummum excipias ab eodem Cl. Viro descriptum sub n. 307, in quo *Imperator togatus, et velatus stans d. sacra facit ad aram, s. hastam gerens*. Cum autem ille signet annum XV L IЄ, quo Hadrianum revera Alexandriae fuisse constat, ut sub eodem anno videbimus paulo infra, simul testis est, quod Imperator ille A. XI ibidem praesens sacrificium fecerit, quod nummo exprimitur. De Hadriani quoque praesentia in Ægypto, cum singulis iis Vrbibus privilegia confirmasset, et nova addidisset, testimonium exhi-

bet ipse Imperator in sua epistola, quam Vopiscus in Saturnino ex libris Phlegontis transcriptam, nobis servavit. In ea enim Hadrianus memorans beneficia, quae olim Ægypto contulerat haec habet: *Huic ego cuncta concessi: vetera privilegia reddidi: nova sic addidi, ut prasenti gratias agerent*. Si ergo nummus noster innuere videtur privilegia Ægyptiis concessa, quod alter Borgianus cum notis L IE minime indicat, si de privilegiis confirmatis, vel auctis Imperatori praesenti gratias egerunt Egyptii, cum nummus noster notas contineat L IA, annum nempe XI, non ineptas sane conjecturas offerre dicendus est, quod Hadrianus etiam anno XI Ægyptiaco fuerit Alexandriae. Quod non semel Imperator iste in Ægyptum se contulerit, ut ex laudata epistola inferri quoque videtur, tum ex aliis monumentis de quibus non est hujus loci sermonem instituere. In rem praesentem satis erit aliud ex ipsis nummis Ægyptiis argumentum proferre. In non paucis ejus generis nummis ejusdem Hadriani sub anno XII L IB exhibetur Nilus decumbens cum cornucopiae, et notis in area IϚ, quibus significatur flumen illud ex pluviis, quae antea deciderant justo incremento regionem inundasse, ex quo uberrima omnium fertilitas eo anno consecuta sit. Id evenire solebat eo mense, quo sol leonis signum percurrebat, sub exitum nempe annis civilis Ægyptiorum. Nullum tale indicium offerunt nummi praecedentium annorum, neque subsequentium in universa Hadriani serie apud Zoegam, apud Arigon., et Catal. Theup., si unum, aut alterum excipias anni subsequentis L IΓ. Porro eas notas IϚ non sine peculiari aliqua causa primum monetae Hadriani sub anno XII adjectas fuisse concedendum est. Causam indicat, nisi mea me fallit opinio, paulo ante laudatus Spartianus in Hadriani vita. De eo enim ita scribit: *Quando in Africam venit, ad adventum ejus post quinquennium pluit: atque ideo ab Africanis dilectus est*. Quod ergo Hadriano in Ægyptum adveniente,

et commorante sub exitum anni XI, et ineunte sequenti pluviae regionem illam inundaverint, et fertilem annum attulerint, notas illas Iς suprascriptis nummis consulto inscriptas fuisse non injuria inferes. Haec itaque probabili iterum conjectura confirmant Hadrianum An. XI in Ægypto fuisse; quae fuit etiam Cl. Viror. Vaillantii, et Bellej opinio.

AVT KAI TPAI AΔPIA CEB Caput Hadriani laureatum.

AΛE X L IA Figura juvenili facie retro fluente caesarie, habitu brevi stans, d. hastam, sin. paruum quadrupedem gestat. Ær. 3. Tab. XX. n. 133.

Post Borgianum Alexandriae nummum ex hoc eodem Nomorum genere a Cl. Eckhelio illustratum D. N. V. T. IV p. 101, de quo merito ob novitatem fatetur, quod sibi *nunquam in mentem venisset aliquando repertum iri*, en alter ab illo diversus. Nam in eo describitur Vir barbatus, cum in meo sit plane juvenili facie. Accedit lit. X, quae praeeunte Ptolemaeo explicanda videtur XωPAC. Ab eo enim memoratur Ἀλεξανδρέων χώρας νομὸς, ut jam Cl. Viro animadversum. Animalculum, quod in Viri stantis sinistra cernitur, brevissimam praefert caudam, ideoque de leone minime cogitandum, ut Sestinio visum. Mihi in autographo ad Hippopotami potius figuram accedere videtur. Vtrumque a laud. Sestinio editum invenies. Descript. N. V. p. 559.

AVT KAI TPAI AΔPIA CEB Caput Hadriani laureatum.

APABIA L IA An. XI Mulier stolata, et turrita ex adverso stans, facie ad d. conversa, d. demissa frondem bifidam, s. thyrsum taeniis ornatum sustinet. Ær. 3.

In alio apud Bellejum, a quo apud Eckhel. mulier exhibetur d. spicas, s. facem. Itaque praeter Cererem in hoc Nomo extra Deltam positum ad littus orientale Nili, etiam Bacchum in honore habitum fuisse, docet hic nummus. Sebennitae quoque intra Deltam Bacchum cum uvae racemo, et thyrso, cui involuta vitis, insculpserunt apud Vaill. Ægypt. Num. p. 215.

AVT KAI TPAI AΔPIA CЄB Caput Hadriani lauréat.

ANTA L IA Mulier stans, d. vestem elevat, s. florem gerit. *Antaeopolites* in Thebaide. Ær. 3.

Ex Mus. Cl. V. Petri Burghesii Sabinianensis, qui in lectissima nummorum serie sibi comparanda, hujus scientiae studiosissimum in filio haeredem invenit. Differt ab editis.

AVT KAI AΔPIA CЄB Caput lauréat.

OΞYP L IA An. XI Pallas galeata stans, d. victoriolam, s. bipennem. Ær. 3.

Oxyrynchites ad ripam Nili supra Memphin.

Caput Hadriani laureatum sine epigraphe.

ΠΗΛΟΥ L IA *Pelusium* An. XI. Caepa prominente in superiori parte pediculo. Ær. min.

Anceps est Zoega pro bulbo ne, an pro caepa accipiendus sit typus iste. Ego malim pro caepa explicare, tum quod ad capitis formam fere rotundam accedat, a quo caepae nomen, tum quod Luciano teste in Jove tragoedo caepae a Pelusiotis divinis honoribus afficerentur.

AVT KAI TPAI AΔPIA CЄB Caput lauréat.

ΠPOCΩ L IA Caput velatum Harpocratis cum calantica in vertice, èt facie admodum venusta dextram ori suo admovet. Ær. 3. Tab. XXXVII. n. 36.

Elegans hic nummus faciem exhibet feminilem velo ad humerum usque ornatissime contectam. Harpocratem androgynum fabulati sunt veteres, ut etiam nummuli Antonini Pii, et M. Aurelii sub hac eadem Vrbe suadere videntur, ex quibus praeterea infertur Prosopitidas Harpocratem peculiari cultu prosecutos esse. Videndi Zoega, et Eckhel.

AVT KAI TPAI AΔPIA CЄB Caput lauréat.

ΦΘΕΜΦ. L IA *Phthemphu*, *vel Phthemphuti* An. XI. Juppiter Serapis ex adverso stans, facie ad s. conversa, capite radiato, et tutulato, d. demissa hastam, s. aquilam gerit. Ær. 3. Tab. XX n. 134.

Augendus ex hoc nummo Catalogus Nomorum Ægypti, quem dederunt Zoega, et Eckhel. Emendandus quoque Ptolemaeus, qui habet *Phthembuti*. Recta ejus lectio habetur apud Plinium Lib. V. cap. IX. Hunc ipsum vulgavit Sestin. D. N. V. p. 560.

AVT ΚΑΙ ΤΡΑΙ ΑΔΡΙΑ CЄB Caput Hadriani laureatum.

ΠΑΤΗΡ ΠΑΤΡΙΔΟC L IB Binae dextrae junctae. Arg.

Nummus iste, et qui sequitur paulo infra cum notis L IΓ magno argumento sunt Hadrianum anno demum XII ex methodo Ægyptiaca titulum Patris Patriae admisisse, non enim nisi justa aliqua de causa editi dicendi sunt, cum antea siluissent. Id quoque alia confirmant monumenta videnda praesertim apud Eckhel. T. VI sub Hadriano. Coeperat annus ejus imperii XII Ægyptiacus die XXIX Augusti An. V. C. Varr. DCCCXXC, finem habiturus exeunte Augusto insequentis anni DCCCXXCI.

AVT ΚΑΙ ΤΡΑΙ ΑΔΡΙΑ CЄB Caput Hadriani laureatum.

L ΔωΔЄΚ An. XII, et superne in area Iς. Nilus decumbens, d. cornucopiae gestat, s. arundinem, ad ejus cubitum Hippopotamus. Ær. I.

De notis in area Iς, quae indicant exeunte anno praecedenti ex pluviis justo incremento regionem inundatam omnium felicissimam hoc anno ubertatem attulisse, Plinius lib. V sic habet: *justum incrementum est cubitorum XVI, minores aquae non omnia rigant, ampliores detinent tardius recedendo*: et paulo post: *XIV cubita hilaritatem adferunt, XV securitatem, XVI delicias*. Plures alii nummi cum eisdem notis Iς sub hoc ipso anno L IB apud Zoeg. aliosque rem mirifice confirmant, de quibus paulo ante dictum est sub anno praecedenti ad nummum, ubi Hadrianus velatus sedet cum volumine in dextra.

AVT ΚΑΙ ΤΡΑΙ ΑΔΡΙΑ CЄB Caput Hadriani laureatum.

ΠΑΤΗΡ ΠΑΤΡΙΔΟC L IΓ *Pater Patriae* Ann. XIII. Binae dextrae junctae. Arg.

De tempore, quo titulus Patris Patriae Hadriano accesserit, vide in anno superiori.

AVT KAIC TPAI AΔPIA CЄB Caput Hadriani laureatum.

..TPICKAI An. XIII in imo, superne in area Iς. Nilus jacens, stratum praebente crocodilo, dex. cornucopiae, in quo parva avis volitans, sin. arundinem, vel alium fruticem aquatilem gerit. Ær. 1.

De notis Iς vide in duobus annis praecedentibus, quae vel ad fertilitatis anni XII L IB memoriam renovandam adjectae dicendae sunt, vel ubertatem hoc ipso anno iteratam indicant, utramque postquam Hadrianus in Ægyptum se contulerat, quo tempore non sine magna ejus regionis laetitia post quinquennium pluisse testatur Spartianus, ut supra loco cit. dictum est. Arbusculam, vel fruticem aquaticum potius videre videor, quam arundinem, quem Nilus s. gerit, cujus indicia magis perspicua vide in nummis Alexandri Severi, et Gordiani Pii.

AVT KAI TPAI AΔPIA CЄB Caput Hadriani laureatum.

L IΔ Harpocrates nudus stans cum flore in capite, digitum manus dex. ori admovet, sinistra vestem involutam, et cornucopiae sustinet, ad pedes ara accensa. Duplex Ær. 2.

AVT KAI TPAI AΔPIA CЄB Caput Hadriani laureatum.

L IΔ Anno XIV Serpens gracilior barbatus, et cristatus erectus, cauda vero circumplicatus, hinc spicam, inde caduceum. Ær. 2.

Caput, et inscriptio, ut in superiori.

L IΔ An. XIV Serpens crassior erectus cum papavere, et spica. Ær. 3.

AVT KAI TPAI AΔPIA CЄB Caput Hadriani laureatum.

L IE Anno XV. Genius Alexandriae cum spoliis elephantis in capite veste brevi praecinctus, et palliolo volitante, ocreisque in pedibus, s. hastam gerit, in cujus suprema parte paruum vexillum ex eorum gene-

re, quae in navium malo conspiciuntur, et Imp. togatus, laureatus, dextris junctis una simul fasciculum spicarum retinent. Arg.

AVT KAI TPAI AΔPIA CЄB Caput Hadriani laureatum cum paludamento.

... IE Anno XV. Hadrianus togatus laureatus cum sceptro stans, dextram osculandam praebet Genio Alexandriae ex adverso stanti habitu sibi proprio, et spoliis Elephantis capite ornato, qui non sine peculiari obsequii significatione apprehensam Imp. dex. ori admovet. Ær. 1. Tab. XX. n. 135.

AVT KAI TPAI AΔPIA CЄB Caput Hadriani laureatum.

L IE Anno XV. Imp. laureatus, loricatus, et cum ocreis in pedibus supra triremem acrostolio ornatam sedet, in qua pone gubernator navem regit; ad pedem d. Imperatoris infixus cernitur baculus, cui involutus serpens. Ipse Imp. d. elata innuere videtur, quo tendat, sinistra vero hastam gerit. Ær. 2. Tab. XX. n. 136.

Ex his tribus descriptis nummis, aliisque similibus merito infert Eckhelius D. N. V. T. VI p. 490 Hadrianum anno imperii XV ex methodo Ægyptiaca in Ægypto fuisse. Coeperat autem annus XV die XXIX Augusti An. V. C. Varr. DCCCXXCIII, exiturus pridie ejus diei insequentis anni. Quod Genius Vrbis Alexandriae dextram Imperatoris osculetur in superiori, symbola pariter in aliis duobus advenientem, jamque praesentem indicant Hadrianum sub hoc anno XV. L IE. Hosque calculos mirifice jam confirmat vetus Epigramma a laud. Eckhelio, a Zoega, aliisque ex Pocockio editum, in quo legitur Hadrianum cum conjuge Sabina ad Memnonis oraculum accessisse *anno quintodecimo, mense Athyr die vero vigesima quarta*. Quae notae in anno Juliano respondent diei XX Novembris An. V. C. Varr. DCCCXXCIII. Neque de anno more romano adiecto, mea quidem sententia, suspicari fas est, nam eadem methodo, qua mensis *A-*

thyr, annus quoque signatus intelligendus est. Literas autem in apographo Pocockii ΑΟΥΡ per se patet supplendas esse ΑΘΥΡ, non autem ΝΟΕΜΒ, ut Leichio. In reliquis notis nullum ex vetustate vitium contractum fuisse ex eodem Apographo liquet. Haec vero quamquam ita se habeant minime vetant, quin idem Hadrianus quadriennio ante, sive anno XI L ΙΑ in Ægyptum se conferrre potuerit, ut suo superius loco animadvertimus.

ΑΥΤ ΚΑΙ ΤΡΑΙ ΑΔΡΙΑ CΕΒ Caput Hadriani laureatum cum paludamento.

L IϚ Anno XVI Nilus rupi insidens cum flore loti in vertice, d. arundinem, sin. cornucopiae cum frugibus, in rupis latere crocodilus. Ær. 1. Tab. XX. n. 137.

Nummus pulcherrimus, et integritate praestans. Caret nota incrementi Nili, ut et bini sequentes, de qua dictum est sub anno XII.

ΑΥΤ ΚΑΙ ΤΡΑΙ ΑΔΡΙΑ ... ΕΒ Caput Hadriani laureatum.

L IϚ Nilus decumbens cum aquatili arbuscula in d., et cornucopiae in sin., et in imo crocodilus. Ær. 1.

Caput Hadriani epigraphe deleta.

L IϚ An. XVI Nilus rupi insidens, d. arundinem, vel potius arbusculam aquatilem cum frutice in suprema parte, sin. cornucopiae. Ad radices monticuli crocodilus. Ær. 1.

Hunc, et superiorem ob arbusculam cum frutice, de qua dicemus in Gordiano Pio, describere libuit.

ΑΥΤ ΚΑΙC ΤΡΑΙΑΝ. .... Caput Hadriani laureatum.

L IZ Binae mulieres stantes, seque respicientes, quarum altera ad s. velata, et stolata cum tutulo in vertice, fruges in d. elata, s. demissa binas alias fruges gerit; ad ejus latus in area parva assurgit columna: altera pariter velata, et stolata ad d. cum flore loti in capite, binas spicas d. elata, in s. vero hastam gestat. Ær. 1.

AVT KAIC TPAIAN AΔPIANOC ... Caput Hadriani lauréat. Juppiter Serapis cum modio in capite, d. elata, s. hastam gerens Hadrianum ex adverso stantem togatum, et laureatum alloquitur, qui dextram vertici aediculae inter utrumque sitae impositam tenet, cui inscriptum ΑΔ
ΡΙΑ In imo L IZ omnia in templo distylo.
ΝΟΝ Ær. I.

Idem exprimere mihi videtur vox ΑΔΡΙΑΝΟΝ, quod in nummo Alexandri Severi cum simili templo indicat vox ΔΟΡΕΑ, illud nempe non eidem ab Alexandrinis dicatum, ut Hadrianum tamquam Deum colerent; sed ab ipsius Imperatoris liberalitate extructum fuisse in Serapidis honorem. Ipsa symbola in nummo expressa, mea quidem sententia, id clare manifestant. Quod enim Hadrianus super ipsum templum dextram impositam teneat, illud esse suum ΚΤΙCΜΑ, sive ΔΟΡΕΑ non obscure innuit: Serapis vero ex adverso stans, dextramque elatam ad ipsum Imperatorem protendens sibi illud gratum, acceptumque significat. S. Epiphanius Haeresi 69 memorat quidem Alexandriae fuisse Hadrianeum, sed plura eo nomine per totum Orbem Romanum ab Hadriano posita fuisse narrant veteres Scriptores, quae certe non sibi, sed Diis dedicata, vel ad alios usus destinata fuerant, ut Thermae, stadia, aliaque pro sacris certaminibus loca, etc. De templis vero commemorare sufficiat Jovis Olympii magnificentissimum templum Athenis ab eo perfectum, et dedicatum. In nummis Corinthi, quod templum Augusto, ejusque familiae erectum fuisset, in fronte ejusdem inscriptum legitur GENTI IVLIAE, ac similia passim occurrunt exempla, cum templa exhibentur Imperatoribus dicata, quae hic commemorare supervacaneum duco.

AVT KAIC TPAIAN AΔPIANOC CЄB Caput Hadriani lauréat. L IZ Canopus facie plane imberbi cum calantica in capite variisque figuris, in basis superficie binae parvae

figurae stantes, quarum secunda manum d. attollit ad tertiam sedentem. Ær. 2.

AVT KAIC TPAIAN AΔPIANOC CЄB Caput Hadriani laureat.

L IH Anno XVIII Serapis cum modio in capite sedens, d. extensam tenet supra cerberum, ad pedes excubantem, s. hastam gerit. Arg.

AVT KAIC TPAIAN AΔPIANOC CЄB Caput Hadriani laureatum cum paludamento.

L IH Capita Serapidis, et Isidis se respicientia, intermedia figura Harpocratis, qui dex. ori admovet. Inferius Aquila alis expansis utrumque caput sustinet. Ær. 1. Tab. XX. n. 138.

Nummus elegantissimus: aversi typi explicationem suppeditat Varro de L. L. lib. IV, ut etiam a Cl. Zoega adnotatum. Sic enim habet: *Principes Dii coelum, et terra: hi iidem, qui in Ægypto Serapis, et Isis; etsi Harpocrates digito significet, ut ea taceam.*

AVT KAIC TPAIAN AΔPIANOC CЄB Caput Hadriani laureat.

L IH Anno XVIII Juppiter sedens, d. fulmen, s. hastam. Ær. 2.

AVT KAIC TPAIAN AΔPIANOC CЄB Caput Hadriani laureat.

L IH Anno XVIII Caput Isidis cum flore in capite. Ær. 3.

AVT KAIC etc. ut in superiori. Caput Hadriani laureatum.

L IH Anno XVIII Apis bos cum luna falcata in ventre ante aram Ær. 2.

AVT KAIC TPAIAN AΔPIAN.... Caput Hadriani laureat.

L ЄNNЄAKΔ Anno XIX. Serpens exilior barbatus cum calantica in capite erectus stat. Ær. 2.

AVT KAI TPAIAN AΔPIANOC CЄB Caput Hadriani laureat.

L K Anno XX Nilus decumbens, d. arundinem, s. cornucopiae. In imo crocodilus. Arg.

Caput Hadriani laureatum epigraphe deleta.

L KA An. XXI Juppiter sedens cum tutulo in vertice, dex.

extendit super aquilam ante ejus pedes stantem, sin. hastam gerit. Ær. 1.

ΑΥΤ ΚΑΙϹ ΤΡΑΙΑΝ ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹЄΒ Caput Hadriani laur.

ΠΡΟΝΟΙΑ L ΚΒ *Providentia* An. XXII. Mulier stolata cum flore in capite stans, d. phoenicem, s. hastam transversam, simulque vestem sustinet. Arg.

Annus iste Hadriano postremus tam in computatione Romana, quam Ægyptiaca ab obitu Trajani in Vrbe Selinunte Ciliciae, ineunte augusto A. V. C. DCCCLXX, quo mense ex die XXIX computari coepit annus II L B imperii Hadriani, annus vero XXII ex die XXIX augusti An. V. C. DCCCXC, quo labente Hadrianus diem suum clausit inito mense Julio insequentis A. V. C. DCCCXCI.

ΑΥΤ ΚΑΙ ΤΡΑΙ ΑΔΡΙΑ ϹЄΒ Caput Hadriani laureatum cum paludamento.

Sine notis. Nilus barbatus cum flore in vertice decumbens, d. arundinem, s. cornucopiae cum frugibus. In rupe jacet crocodilus parvo capite, collo brevi, ac duobus anterioribus pedibus praeter morem longioribus. Ær. 1. Tab. XX. n. 139.

Haud scio an alterum simile occurrat exemplum. Erratum in iconismo, nam caput vix ad dimidiam partem sinistri pedis accedit; utrique vero pedes ultra caput porrecti clare conspiciuntur in hoc nummo integerrimo.

NVMMI COLONIARVM

... RAIANO HADRI ... Caput Hadriani laureatum.

.. LON CASSANDREN ... Caput Jovis Ammonis. Ær. 3.

IMP CAES TR ..... HADRIANVS AVG Caput Hadriani laureatum pectore loricato.

COL L.... AVG COR Hercules sin. axilla clavae cippo impositae, cui spolia leonis involuta sunt, innititur. Ær. 3.

Alius, in quo templum rotundum 4 columnis suffultum: hinc inde ad capita columnarum delphinis ornatum, in cujus medio delphinus, et Melicerta. Ær. 2.

ADRIANO AV Caput Hadriani laureatum.

SMINTHEI APOLLIN Apollo nudus stans, d. lauri ramum, s. arcum. Ær. min. Tab. XX. n. 140.

Notissima est duplex fabula, ob quam Apollo dictus Smintheus. Prima, quod apud Oppidum Chrysam in confinio Troadis, et Æolidis situm mures ejus regionis fruges vastantes sagittis confecisset; altera, quod Cretenses Coloniam deducturi accepto Apollinis oraculo: ut ibi aedificandam Vrbem curarent, ubi eis terra geniti obstitissent; cum autem illi in Hellespontum venissent, et noctu mures clypeorum lora arrosissent, ex hoc impletum oraculum intelligentes, Vrbem eo loco nomine Sminthiam condidisse, delubro etiam Apollini extructo, quod ab eventu Sminthium, vel Smintheum appellavere. Mures enim Cretensibus sminthae, ut et Æolibus, sive etiam Trojanis sminthii dicebantur. De his vid. prae caeteris Strabo lib. XIII, Aelianus lib. XII Hist. animal., et Eusth. in Comm. Homeri. De cultu Apollinis Sminthei apud Chrysam Vrbem, testis est Strabo scribens extitisse apud illos ejus simulacrum Scopae Parii opus sub pede murem tenentis. De eodem apud Alexandriam Troadem fidem faciunt nummi non pauci a Cupero, et Spanhemio illustrati, quos omnes collectos describit Eckhel. Doctr. Num. T. II pag. 480; sic enim habent: ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΣΜΙΘΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ. Signati vero dicendi sunt antequam ea Vrbs Colonia deducta esset.

In nostro id peculiare occurrit, quod licet sit commatis peregrini, habeat tamen latinam epigraphen. Cum autem Hadriani aetate Alexandria Troas latine, quod esset Colonia jam inde a Trajano, monetam suam signaret; Oppidi vero Chrysae nulli extent nummi, qui tamen, si editi fuissent, graecis literis inscribi debuissent, jure inferre licet hunc

nummum ad Alex. Troadem esse referendum, qua in Vrbe erat Sminthei Apollinis templum. Merito vidend. Sestinius Descript. N. V. p. 300, qui hujus nostri subsidio binos alios vitiatos restituit. Non est denique praetermittendum Apollinem apud Auctores passim vocari Σμίνθιον latine *Sminthium*. Apud Homerum tamen ejus cognomen disyllabum est Σμινθεῦ Iliad. A. 38; ita etiam apud Ovidium lib. VI Fast. in iis versibus:

Consulitur Smintheus, lucoque operatus opaco
Hos non mentito reddidit ore sonos.

quam lectionem confirmat noster hic nummus anecdotus.

SABINA AVG

ΣΑΒΕΙΝΑ ΣΕΒΑΣΤΗ Caput Sabinae Aug.

ΚΟΙΝΟΝ ΒΕΙΘΥΝΙΑC Templum distylum, in quo tres figurae muliebres stantes stolatae cum hastis, ex quibus Pallas galeata alteri, quae in medio posita coronam se capiti imponere velle ostendit. Ær. max. Tab. XX. num. 141.

Mole, et integritate spectabilis nummus.

CABEIN.. CЄBACTH Caput Sabinae Augustae.

ЄΡΥΘΡΑΙ ЄΠΙ ΚΛЄ ΚΑΡΩΝΔΟΥ Æsculapius stans, d. baculum, cui involutus serpens, sin. vestem sustinet. Ær. 2. Tab. XX. n. 142.

Erythrae Vrbs Joniae plures habet nummos autonomos cum capite Herculis, ejusque typus frequens etiam in iis Imperatorum. Ejus magistratus Praetor ex Trajani nummo. Hinc interpretor *sub Praetore Cleonida Carondo*, atque ex figura Æsculapii patet, praeter Herculem apud Erithraeos in honore quoque fuisse hoc Numen.

NVMMI AEGYPTII

CABEINA CEB... L IΓ Anno XIII. Caput Sabinae Augustae. AVT KAI TPAI AΔPIA CEB Caput Hadriani laureatum. cum paludamento ad pectus. Ær. 2.

Si binos excipias cum anno VI. L. ς. apud Zoeg. reliqui Sabinae nummi Ægyptii hactenus editi annum hunc XIII. L. IΓ. non antecedunt. Eusebius in Chron. scribit eodem anno, quo Hadrianus Imp. Pater Patriae apellatus fuerat, ejus uxorem Augustam dictam fuisse. Quo posito cum nummi pariter Ægyptii testes sint de titulo Patris Patriae ab Hadriano primum admisso anno XII, L IB, ut paulo ante suo loco vidimus, consequens esse videtur neque Sabinam ante eum annum Augustae honore decoratam fuisse. Quia de re plura vide apud Eckhel. T. VI sub Sabinae nummis. Hisce calculis tamen obstant bini nummi ex Catalogo Zoegae initio allati, de quorum fide dubitare fas mihi non videtur, cum sit diversus utriusque typus, et de secundo fidem faciat ipse praestans vir Zoega, a quo descriptus ex Mus. M. D. Accedit vix credibile esse, quod cum initio principatus Hadriano a Senatu delata fuerint omnia Imperatoriae dignitatis insignia, et tituli, ne excepto quidem illo Patris Patriae, ut vulgati mox nummi testantur, nulla tamen ratio habita fuerit Sabinae Trajani gratissimae apud Romanos memoriae proneptis, cui etiam haereditario quodam jure Augustae nuncupatio spectare videbatur, ac refragante insuper tanta nummorum copia tam latini, quam graeci commatis, a quibus nunquam abest vox *Augusta*, vel ΣΕΒΑΣΤΗ, ut in meis duobus supra, et altero Ancyrae. Hinc in hujusmodi hypothesi consequens esset Romam, exterasque Vrbes nullos per annos XI Sabinae nummos dicasse, omnemque fidem diligentissimo Zoegae abrogandam esse. Sed eidem insuper suffragatur eximius Lapis apud Grut. pag. X. n. 6, in quo elo-

gium continetur Hadriani TRIB. POT. II COS. II, Idemque Lapis dedicatus innuitur in fine sic: SABINA AVGVSTA MATRONIS. Qua propter censeo Orosium recte scripsisse: *initio statim imperii Hadrianum Patrem Patriae appellatum fuisse; Sabinam vero Augustam.* Eusebium autem Augustae nomen eo tempore Sabinae statim concessum, perperam in illud tempus contulisse, quo recenset titulum P. P. initio ab Hadriano repudiatum, ac postea ab eo admissum fuisse. Nummi deinceps prodeuntes rem magis perspicuam facient.

CABINA CЄB...... Caput Sabinae.

L IϚ Anno XVI Victoria gradiens d. versus, cum corona, et palma. Ær. fere 1. Tab. XX. n. 143. A

CABЄINA CЄBACTH L IZ Caput Sabinae.

AVT KAI TPAI AΔPIA CЄB Caput Hadriani laureatum. Arg. 2. Tab. XX. n. 143. B

Nummus elegantissimus. Nullos recenset Zoega cum anno XVII. Ejus propterea seriem auget hic nummus.

L. AELIVS CAESAR

Λ AIΛIOC KAICAP Caput L. Aelii Caes. nudum.

NIKOΠOΛЄωC Caput apri conto transfixum. Ær. 3. Tab. XX. num. 144.

Nicopolis Epiri.

.. AIΛIOC KAIC.. Caput, ut supra sine laurea.

.. IKOΠ..... Incerta lectio, sed quae supplenda videtur, ut in altero NIKOΠOΛЄωC. Pallas galeata stans, d. victoriolam, s. hastam: ad pedes clypeus. Ær. 3.

NVMMI AEGYPTII

Λ AIΛIOC KAI... Caput Aelii Caes. nudum.

... ЄΞOYC YΠAT B. Mulier stolata stans, d. pateram, s. binas spicas. Ær. 3.

Α ΑΙΛΙΟϹ..... Caput nudum Aelii Caesaris v. d.

.....ΟΥϹ ΥΠΑΤ Β: In imo ΟΜΟΝΟΙΑ. Figura stolata sedens, d. pateram, s. binas spicas, et infra cornucopiae transversum. Ær. 2. Tab. XXI n. 145.

Vterque hic nummus, caeterique omnes, qui hactenus innotescunt Ælii Caesaris, ab Ægyptiis editi post Kalendas Jan. anni V. C. Varr. DCCCXC, quibus ille inierat Consulatum secundum jam Caesar, et ab Hadriano adoptatus. Ejus adoptionem evenisse ante exeuntem augustum anni V. C. Varr. DCCCLXXXIX, serius vero illum accepisse tribunic. potestatem, ac denique subitam ipsius mortem illigandam ineunti anno V. C. Varr. DCCCXCI fuse demonstrabimus, ubi in lib. n. de Epoch. nominatim agemus de ea Amisenorum de altera Colon. Sinopes, et alibi quoque aliarum Vrbium. Inquisitione dignum, cur nondum lucem aspexerint nummi ex genere Ægyptiorum Ælii Caesaris sub ejus Consulatu primo, quem retinuit ultra quatuor menses jam adoptatus, et Caesar, nisi velimus Τὸ ΥΠΑΤ Β intelligendum etiam esse de Consule designato iterum, quemadmodum revera vix ille adoptatus, Consul quoque secundo in proximum annum designatus fuerat. Non desunt enim exempla in nummis etiam commatis Romani, in quibus id ipsum factum aliquando probatur, ut in lib. n. de Vulgaris Ærae Emend. non semel animadvertimus. In quacumque tamen hypothesi de tempore acceptae ab Aelio tribuniciae potestatis post suam adoptionem, nummi ab Ægyptiis emitti potuisse videntur cum solo Caesaris, et consulatus I titulis, qui fortasse aliquando emergent.

ANTINOVS HEROS

ΑΝΤΙΝΟΟϹ ΗΡΟϹΟϹ Insignis formae imago Antinoi crispa caesarie, et cum stola, sive paludamento ad pectus.

ΙΟΥΛΙΟϹ ϹΑΤΟΡΝΙΝΟϹ ΑΝΚΥΡΑΝΟΙϹ *Julius Satorninus*

Ancyranis. Deus Lunus stans cum pileo phrygio in capite, cum chlamyde, et luna bicorni ad humeros, ancoram d., laeva hastam gerit. Ær. 1. Tab. XXI. n. 146.

Non ut legitur apud Vaillantium ΗΡΩC, sed ΗΡΟЄΟC peculiari, ut puto dialecto pro ΗΡΩΟC, ut in nummo Delphorum apud Pellerin. Supplem. III p. 131, et apud Zoegam. Frequentius tamen ejus lectio habetur, et recta quidem ΗΡΩC, in non paucis vero mendose, describentium vitio ΗΡΟC. Caeterum praestans hic nummus summo non modo artificio elaboratus cernitur; verum etiam omni exceptione major est. Delineatum exhibere placuit ob ejus non modo elegantiam, sed ob peculiarem illam scribendi rationem, qua designari voluit Antinous tamquam *Herous*, ut latine dicimus, non tamquam *Heros*, quod idem illud exprimit altera vox ΗΡΩΟC. De Deo Mense affabre insculpto, ejusque cultu in universa Phrygia, deque Julio Saturnino, qui signum Antinoi, ex eoque nummum huic Ancyrae dedicasse videtur, nihil hic addere necesse est, quod singula satis per se pateant.

BЄΤΟΡΙΟC Caput Antinoi crispa de more caesarie cum paludamento ad pectus.

ΤΟΙC ΑΡΚΑCΙ *Arcadiis* Equus gradiens.

Quemadmodum in superiori nummo Saturnini nomen scribitur per simplex Ο, ita in isto legitur BЄΤΟΡΙΟC *Betorius*. In aliis editis scribitur cum diphtongo ΟΥ BЄΤΟΥΡΙΟC.

ΑΝΤΙΝΟΟC ΗΡΩC Caput Antinoi nudum.

Η ΝΙΚΟΜΗΔ.... ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC. Taurus stans erecta fronte. Ær. 3.

Nicomedia Metropolis Bithyniae. Vide Vaill.

ΑΝΤΙΝΟΟΥ ΗΡΩΟC Caput Antinoi cum flore loti in vertice, et paludamento ad pectus.

..ΙΘ Anno XIX Idem chlamydatus in equo ad humerum dextrum caduceum gestat. Ær. 2.

Nummus nunc Jo. Jacobi Pedratti amici optimi, et in his studiis versatissimi, quem hic honoris causa nomino.

Confirmat iste lectionem anni XIX in aliis jam editis, tribusque etiam similibus Musei Caesarei, consentiente ipso Eckhelio T. VI. D. N. V. in Antinoo. Notae in ejus nummis, de quibus hactenus certo constat, incipiunt ab anno XVIII L IH, continuatae vero desinunt in ann. XXI L KA. Hinc inter tot discrepantes praestantissimorum Virorum sententias de tempore, quo Nilo demersus diem suum obierit Antinous, maximo mihi argumento sunt notae suprascriptae L IH, ut ejus mortem in annum circiter Ægyptiacum, quem illae designant, protrahendam putem. Quod hoc brevi ratiocinio demonstrare fas est. Neminem nostrum latet Hadrianum, qui erga hunc juvenem tam insano amore exarserat, dum viveret, illum postquam una secum in flumine Nilo navigantem amiserat muliebriter flevisse, moxque ad ejus memoriam posteritati commendandam amplissima monumenta erexisse, ita ut Vrbem eo in loco, quo obierat, aedificaverit, ac de ejus nomine appellari voluerit, statuasque ejus, et simulacra in omni fere orbe terrarum collocaverit: Vrbes vero Graecas pro ipsarum ingenio, ut Hadriano obsequerentur, secum certasse, ut aris, templis, divinisque etiam titulis eundem decorarent, ejusque imaginem in publica quoque moneta exhiberent, ut tot superstites ipsarum nummi testantur.

Quibus praemissis quis non fateatur, eo ipso tempore, quo Hadrianus in tanto luctu versabatur, suasque unice cogitationes in eo positas habebat, ut defuncti juvenis memoriam omni honorum genere, iisque etiam Deorum immortalium propriis consecraret, Alexandrinos prae caeteris sibi curae, ac gloriae duxisse, ut debita obsequii officia Hadriano ipsi, qui praesens aderat, impense praestarent, nihilque praetermitterent, quod ad ornandum Antinoum pertineret? Porro cum nihil ipsis magis in promptu, ac familiare esset ad hoc studium suum, ac voluntatem declarandam,

quam id exequi pecunia publica, cujus sane tanta superest copia de uno Hadriano, quanta de nullo alio Imperatore; ex his veluti corollarii loco jure inferre me posse arbitror: eodem anno, quo vita excessit Antinous, Alexandriae quoque nulla plane interjecta mora in ejus honorem nummos percussos, vulgatosque fuisse. Cum itaque, ut initio diximus, primae, quae se certo offerunt notae in nummis Antinoi, sint L IH, annus nempe Ægyptiacus imperii Hadriani XVIII, qui respondet partim An. V. C. Varr. DCCCXXCVI, partim insequenti, huic tempori plus minus eum casum assignare oportet. Quae quidem tanti apud me sunt ponderis, ut hanc putem caeteris anteponendam esse computationem. Nam ab anno XIV ad XVIII nulli hactenus inspecti sunt nummi Alexandrini Antinoi. Incredibile prorsus videtur tam diuturnum silentium ab Ægyptiis servari potuisse, si ante annum suprascriptum in fata concessisset Antinous. Describitur apud Zoegam nummus cum notis sic integre scriptis L. TPIC KAI ΔЄKATOY. Sed merito in suspicionem vocatur ab Eckhelio D. N. T. VI. p. 538, praecipue ob inusitatam scribendi an. XIII rationem in universa Ægyptiaca moneta. Praecedunt apud laud. Zoeg. sub tribus primis numeris I. II. III. nummi cum notis H, et Θ. Sed jam nemo dubitat cum eodem Eckhelio eos nummos, vel vitiatos fuisse, vel male descriptos, iisque notam I adiiciendam esse. Tanta denique intercapedo intercedit inter eas notas, et quatuor postremas a L IH ad KA, de quibus, ut initio diximus, nulla oriri potest dubitatio, ut praecedentes omnes excludat, tum nostram hanc sententiam mirifice confirmet.

Minime omittam hoc postremo loco animadvertere hosce calculos exposcere, ut admittamus Hadrianum non jam semel, et iterum, sed etiam tertio in Ægyptum se contulisse. De secundo ejus adventu anno imperii Hadriani Egyptiaco XV. L IЄ certiora prae caeteris habemus documenta. Quae de anno XI attulimus in conjectura posita sunt, cujus

generis postrema haec quoque esse non diffiteor, sed talia sunt quae magnam veritatis speciem praeseferunt. Posteriora quae in dies prodeant monumenta uberius declarabunt, quid de uno, vel multiplici Hadriani adventu in Ægyptum, et de Antinoi casu statuere oporteat.

ANTONINVS PIVS AVG

AV ΚΑΙ ΤΙ ΑΙ ΑΔΡΙ ΑΝΤΟΝΕΙΝΟϹ ΕΥ Caput Antonini Pii laureat. Ær. m.

Quod sit sine ullo aversae partis typo, et epigraphe, ex eorum numero esse videtur, qui signis, et hastis militaribus inserebantur in venerationem Principis pro quo militabant Romanae, et foederatae legiones. In arcu Boario hic Romae simile quid cernitur quoad imagines Severi, et Caracallae.

AV ΚΑΙϹ ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ Caput laureatum.

ΑΜΑϹΤΡΙΑΝΩΝ Taurus gradiens. Ær. 3.

Dives haec Vrbs Paphlagoniae magna nummorum copia abundat in Antonino, quibus addendus iste cum hoc typo.

AVT ΚΑΙ ΑΔΡΙ ΑΝΤΩΝΕΙΝΩ ϹΕΒ ΠΙΩ Caput Antonini Pii sine laurea.

ΑΝΚ...... Α Η ΜΗΤΡΟΠΟΛΙϹ ΤΗϹ ΓΑΛΑΤΙΑϹ Figura Amazonis tegumento capitis ornata, quod turris formam praefert, ocreatis pedibus, habitu brevi, ac sinuata veste ad humeros, pedem s. prorae navis tamquam navigatura imponit, dextra ancoram sustinet, laeva manu extenta peltam, simulque bipennem elatam gestat. Ær. 2.

In simili Pellerinius Mel. II. p. 75 virilem figuram agnoscebat, et in eo quod s. gerit proram navis cum velo sibi videre visus fuerat; sed in nostro clare conspicitur esse exiguum scutum lunae semiplenae imaginem referens in utro-

que extremo, et in centro acuminatum, quo clypei genere utebantur in proeliis Amazones, ut canit Virgil. Æneid. I.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis

Nonius etiam eas vocat *scuta Amazonica*. Jungitur insuper pelta, sive clypeus cum bipenni, ut dubitari nequeat de Amazonis figura, ut in similibus exemplis praesertim Smyrnaeorum. Haymius in simili pariter nummo Parte II pag. 282 non vidit, nisi bipennem, et ancoram. Sed patet ex iconismo eum nummum vitium ex vetustate contraxisse in ea parte, tum etiam in epigraphe anterioris; ita ut respuenda sit lectio, quam exhibet hoc pacto AVT KAI AOYK, quasi novus *Lucii* titulus Antonino foret adiiciendus, contradicente simillimo Pellerinii, tum nostro etiam, caeterisque omnibus numm. Antonini Pii hactenus editis. Hic noster peculiaris ob *Pii* nomen graece redditum sic: ΠΙΩ; quod cum reliquis hujus generis exemplis jam notis argumento esse debet Pescennii nummos, tamquam adulterinos habendos non esse ea sola de causa, si nomen *justus* graece inscriptum IOVCTOC reperiatur, nisi alia adsint falsitatis indicia, quibus profecto, paucissimis exceptis, hujusmodi nummi tanta copia editi minime carent, quod merito jam ab Eckhelio animadversum.

AVT..... ΑΙΛ ΑΔΡΙΑ ΑΝΤΩΝΙΝΟC Caput Antonini Pii laureatum.

ΑΡΤЄΜΙC ΑCΤΥΡΗΝΗ ΑΝΤΑΝΔ *Artemis Asthyrene Antandriorum*. Diana stans cum attributis. Ær. 2.

Mus. olim Baldani, deinde Vaticani.

Mirifice illustrat hunc nummum Strabo, qui lib. XIII pag. 585. sic habet: *Μυσίας δὲ Ἄστυρα..... ἦν δέ πολίχνη ποτὲ, ἐν ᾗ τὸ τῆς ἀστυρηνῆς ἀρτέμιδος ἱερὸν ἐν ἄλσει, προεστάμενον μετ' ἁγιστείας ὑπ' Ἀντανδρίων, ἢ μᾶλλον γειτνιᾶ. In Mysia vero Astyra..... Fuit autem olim Oppidulum, in quo Dianae Astyrenae templum in luco situm, cui Antandrii religiose praeerant, quippe qui non longe dissiti.* Arte-

midos itaque, sive *Dianae Astyrenes* cognomen ex hoc insigni nummo caeteris addendum, quae Eckhelius recenset D. N. T. IV Indice III pag. 528. Astyra Vrbs memoratur in alio ejusdem Pii nummo apud Vaillantium, et Patinum.

AVTO KAI TI AIA AΔPI ANTωNЄINOC CЄB ЄVCЄB Caput Antonini Pii laureat.

S C / Z in medio laureae. Ær. 2.

Alius, sed S C / I A in laurea. Ær. 2.

Notae utriusque addendae Catalogo hujus generis nummorum Antiochiae Syriae, quem dedit Sestinius Epist. T. IV pag. 30. Caeteras jam editas omitto.

AVT ANTωNЄINOC ЄVCЄB Caput Antonini Pii laureatum.

NЄM / ЄIA in medio coronae. Ær. 2.

Ad Argos Peloponnesi Vrbem proculdubio referendus. In Catal. Theup. nummus Hadriani describitur, in cujus aversae partis margine legitur APΓЄIΩN, in medio vero coronae NЄMЄIA, ut in nostro. Apud Spon. etiam Misc. Erud. p. 36 NЄMЄIA ЄN APΓЄI commemorantur. Quod idem testatum invenies in epistola Juliani Imp. pro Argivis, et apud Pausan. L. II c. 24. Hinc merito Pellerin. suum pariter sine nomine Vrbis, in quo tamen HPAIA NЄMЄIA cum pavone, et aquila Argo adscribit, consentientibus Eckhelio, et Sestinio. Vide etiam de hac Vrbe in Hadriano.

ANTωNIN...... BACTOC Caput Antonini Pii laureatum.

ACKAΛωN In imo ΔNC An. CCLIV Templum cum porticu duabus ingentibus columnis suffulta. Ær. 1. Tab. XXI. num. 147.

De hoc anno nondum edito, atque epocha hujus Vrbis vide in lib. saepe cit.

AVT KAIC ANTωN CЄB Caput Antonini Pii radiatum.

ΑΔΡΙΝΩΝ .... ΙΝΝ. (sic) Caput femineum turritum, et velatum. Ær. 2.

Quamquam deficiente margine nomen Vrbis desideretur non aliter supplendam puto lacunam, quam de Vrbe ΒΙΘΥΝΙΕΩΝ, quae ante Hadrianum Claudiopolis Bithyniae vocabatur. Nota sunt beneficia ab Hadriano huic Vrbi concessa ob natales Antinoi. Simile σφάλμα occurrit in altero Getae vid. suo loco, in quo integre legitur ΑΔΡΙΝΩΝ ΒΙΘΥΝΙΕΩΝ. Nomen autem Hadrianae, quod ab eo Imperatore sibi primo adsciverat, perpetuo usurpat in caeteris nummis, qui hactenus editi, usque ad Gallienum.

ΑVΤΟΚΡ ΚΑΙC ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC CΕΒ Caput Antonini Pii laureatum cum signo incuso, in quo CΕΒ.

ΤΥΧΗ ΝΕΑC ΤΡΑΙΑΝΗC ΒΟCΤΡΑC Astarte turrita, et velata ex adverso stans, d. hastam solito more in superna parte ornatam, s. ramum trifidum gerit, pedem s. parvo globo impositum habet. Ær. 1. Tab. XXI n. 148.

Nonnihil differt ab eo Pellerin. Pop. T. III pag. 244.

Bostra Arabiae, in eaque regione Astartes cultus frequens. Caput Antonini Pii laureat. epigraphe vitiata.

ΓΑΒΗΝΩΝ ΖΙC Gabenorum Anno CCXVII. Deus Lunus, sive Mensis cum pileo phrygio, d. hastam, s. demissa, ad caput hinc astrum, inde luna bicornis. Ær. 2. Tab. XXXVII. n. 37.

De epocha vide in lib. saepe cit.

.. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC ΚΑΙCΑΡ Caput Antonini Pii laureatum.

ΓΑΔΑΡΕΩΝ ΓΚC A. CCXXIII Caput Palladis galeatum. Ær. 3. Tab. XXXVIII. n. 38. Vide, ut supra de Epochis.

AVΤ ΑΝΤΩΝΙΝ... ΕVC CΕΒ. Caput Antonini Pii laureat.

ΔΕΛΦΩΝ Caput facie puerili cum corona parumper radiata. Ær. 3.

Ex Mus. Dodvvell. Angli, qui in illustrandis Graeciae monumentis a se in iis regionibus inspectis, et delineatis modo hic Romae cum Eruditorum plausu totus incumbit.

In aversa parte sub imagine Apollinis, sive Solis M. Galerium Antonini Pii, et Faustinae sen. filium expressum putaverim. In nummo Trallianorum, quem vide paulo infra, ipse Antoninus pater ΗΛΙΟϹ ϹЄΒΑϹΤΟϹ inscribitur cum capite radiato. Nil mirum itaque si a Delphis, qui erant Antonino, ejusque familiae dicatissimi Galerium quoque simili modo exhibere curaverint. Vide plura in Faustina ipsius Antonini conjuge sub hac ipsa Vrbe.

.... ΑΔΡ ΑΝΤΩ..... Caput Antonini Pii laureat.

ЄΜΙϹΗΝΩΝ Aquila globo imposita, et in area lit., sive nota arithmetica Є. Ær. 2.

Emisa Syriae Jul. Domnae patria antequam a filio Caracalla Colonia deduceretur, ut hactenus constat, nonnisi Domitiano, et Antonino Pio nummos dicavit. Nota Є addenda duabus B, et Γ a Vaill., et Eckhelio editis.

Τ ΑΙΛΙΟϹ ΚΑΙϹ ΑΝΤΩ..... Caput Antonini Pii laureat.

ΑΘΗΝΑ ΑΡΗΑ ЄΦЄϹΙΩΝ Pallas galeata, et stolata stans, s. clypeum, et hastam, d. telum vibratura. Ær. 2. Tab. XXII. n. 162.

ΑΘΗΝΑΣ ΑΡΕΙΑΣ mentio fit in nummo Atheniensium autonomo cum typo noctuae apud Pellerin. Pop. Tom. I. Tab. XXII n. 8 Novum plane, quod etiam Ephesii sub eodem titulo Mineruam coluerint, eamque in sua moneta expresserint, quemadmodum ex hoc praestanti nummo nunc primum innotescit. Aram, quam Orestes Athenis absolutus ab Areopagitis Minervae Areae dedicaverat, a loco, in quo posita, nempe *ἀπὸ τοῦ Ἀρέως πάγου*: *a Martis colle* dictam opinatur Eckhelius Doct. N. V. T. II. pag. 215. Sed ab Ephesiis profecto alia de causa Palladem, puta a propria ejus indole, et virtute bellicosam nominatam fuisse cogitandum est. In marmore Oxoniensi, in quo foedus describitur initum inter Smyrnaeos, et Magnetes Lydiae pro adjuvando Seleuco II Syriae Rege, jurant utrique etiam *per Martem*,

Minervam bellicosam, sive Martialem: διὰ Ἄρη Ἀθήναν Ἀρείαν ϗ Ταυρόπολον, *et Tauricam.*

.... CЄBA..... Caput Antonini Pii laureatum.

H

PAC In medio laureae coronae.

ЄωN Ær. 2. Tab. XXI. n. 149.

Non alia Vrbs apud Geographos describitur, quae huic nostrae magis aptari queat, quam quae HPAIA nominatur, fuitque Vrbs Arcadiae non ignobilis ad Alphei fluminis ripam jacens. De ea mentionem habent Ptolemaeus, Aelianus, Polybius, imprimisque Pausanias, qui lib. 8 sic habet Ἡραιεῦσι δὲ οἰκιστὴς μὲν γέγονεν Ἡραιεὺς ὁ Λυκάονος, κεῖται δὲ ἡ πόλις ἐν δεξιᾷ τοῦ Ἀλφειοῦ idest: *Heraeos vero condidit quidem Heraceus Lycaonis filius, jacet autem Vrbs ad dexteram Alphei amnis*, et paulo infra memorat etiam ibidem superfuisse suo tempore rudera templi Junonis; inquit enim: ἐν Ἡραίᾳ τῆς δὲ Ἥρας τοῦ ναοῦ, ϗ ἄλλα ἐρείπια, ϗ κίονες ἔτι ἐλείποντο, idest: *Templi autem Junonis, et rudera, et columnae adhuc reliquae sunt*. Diversimode scribitur ipsius nomen: nam ab eodem Pausania loco supracitato modo vocatur Ἡραιᾶς, modo Ἥραια; plurali casu in Thesauro Ortelii Plethonti scribitur Ἡραῖαι: in nummo denique apud Pellerin. Lett. T. IX p. 170 effertur sine dyphtongo sic HPAЄΩN. Noster tamen differt ab his omnibus; additur enim sigma C medium inter A, et Є. Caeterum derivatio quoque hujus nominis manare potest ab eo Junonis, gignendi tamen casu, nempe HPAC, cum in nummo Pelleriniano ab eodem ducatur nominandi casu HPA. An recte utrumque se habere queat judicet eruditus lector. De Vrbe, quae Eresus vocatur, eratque Vrbs insulae Lesbi non videtur cogitandum. Nam perpetuo apud Auctores, ut etiam in nummis Pellerinii, et Arigonii utrobique effertur per Є, deinde in nummo legeretur ЄPЄCIOV, ut ab Epheso ЄΦЄCIOV. Mentio quidem occurrit apud Plinium, et Strabonem Erasini Pelopon-

nesi fluvii, et alterius ejusdem nominis in Arcadia; apud Stephanum quoque in voce ΑΡΝΗ Vrbis Ἐρατεινῶν prope Thraciam; sed in his omnibus prima litera semper incipit per Є, desinunt quoque diversa ratione. Ab ΗΡΑϹЄΩΝ, ut in hoc nummo ΗΡΑϹΑ Vrbs intelligenda, ut a ΜΥΑΑϹЄΩΝ ΜΥΑΑϹΑ. Hinc etiam difficilis commutatio vocum ΗΡΑΙЄΩΝ, vel ΗΡΑЄΩΝ in ΗΡΑϹЄΩΝ. Qua propter satius erit uberiora expectare monumenta pro hac Vrbe definienda.

ΑΥΤΟ ΚΑΙ Τ ΑΙΛ ΑΔΡΙ ΑΝΤΩΝЄΙΝΟϹ ϹЄΒ ЄΥϹ. Caput Antonini Pii laureatum.

ΖЄΥΓΜΑΤЄΩΝ. Templum tetrastylum in vertice montis. In area Γ. Ær. 2.

Alius, sed in imo ΓΞ. Ær. 2.

Notae istae addendae Catalogo Cl. Eckhelii, quem hujus Vrbis Zeugmatensium Syriae exhibet D. N. V. T. III. pag. 253.

ΑΥΤΟ ΚΑΙ ΤΙ ΑΙΛ ΑΔΡΙ ΑΝΤΩΝЄΙΝΟϹ In aliis ЄΥϹ ЄΒ. Caput Antonini Pii laureatum.

ΘЄΑϹ ϹΥΡΙΑϹ ΙЄΡΟΠΟ Γ intra lauream. Ær. 2.

Alius, sed nota Η. Ær. 2.

Addendae, et istae notae Γ, et Η Catalogo Eckhel. cit. Tom. III pag. 263.

ΑΥΤΟΚ ΚΑΙ ΤΙ ΑΙΛ ΑΔΡ ΑΝΤ...... Caput Antonini Pii laureatum.

ΚΑΙϹΑΡЄΩΝ ΤΩΝ ЄΝ ΤΩ ΛΙΒΑΝ... In area hinc inde ΑΞΥ An. CDLXI Protome Vrbis turrita pectore tenus nuda. Ær. 2. Tab. XXI. n. 150.

Aversae inscriptio peculiaris *Caesareaensium, qui in Libano*. Sestinius hunc ipsum exhibet Descript. N.V. pag. 534, sed in aversae lectione emendandus. In capite muliebri Faustinam agnoscit, quod et verisimile. Alterum subdit cum capite tantum velato, quod eidem Faustinae adscribit; retro sunt notae ΑΣ, quas de altera epocha interpretari necesse foret. Suspicor majorem notam V ante faciem in eo

nummo deletam fuisse; cum autem ea, quae annum LX designat in hoc nostro, et in sequenti ita scribatur Ξ, puto fucum facere potuisse; ita ut accepta fuerit pro Σ. Vide etiam quae adnotabimus in lib. de Epoch.

ΑΥΤΟ ΚΑΙ ΤΙ ΑΙΛ etc. ut supra. Caput Antonini Pii laur.

ΚΑΙϹΑΡЄΙΑ ΛΙΒΑΝΟΥ In area Β
Caesarea Libani Ξ Anno CCCCLXII.
Υ

Figura militaris stans, d. vexillum, s. arcum, et scutum gerit, fortasse est Alexandri M. simulacrum, quod in celebri ejus Vrbis templo servabatur, ut egregie jam conjecit Bellejus. Ær. 2. Tab. XXXVIII n. 39

De epocha utriusque nummi vide in lib. n. saepe citato de Num. Imp. cum not. chronol.

ΑΥΤ ΚΑΙϹΑΡ ΑΝΤΩΝЄΙΝΟϹ Caput Antonini Pii laureatum.

ΚΡΗΤΙΕΩΝ ΦΛΑΟΥΙΟΠ *Cretiens. Flaviopolit.* in Bithynia. Faunus rupi insidens, sive Deus Pan, sive Satyrus cornibus, et cauda conspicuus, sed humanis pedibus, racemum uvae d. premit in subjectum vas, quod retinet sinistra. Ær. min. Tab. XXI. n. 151.

In aliis Capripes, sive ipse Pan stat, d. assilientem hinnulum arripiens, s. pedum, et hinnuli exuvias gestans. Notandum in nummis ΚΡΗΤΙЄωΝ scribi, cum η apud Auctores vero Κρατεία cum α, et dyphtongo. Hujus Vrbis nummi apud Sestinium a Faustina jun. incipiunt, apud caeteros a Septimio Se. vero. Hinc ex nostro integerrimo, qui omnes antecedit augendus Catalogus numismaticus hujus Vrbis.

ΑΥΤ ΚΑΙ ΑΔΡΙ ΑΝΤΩΝЄΙΝΟϹ .... Caput Antonini Pii.

ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ Cyzicenorum in Hellesponto. Ceres utraque manu taedam gerens incedit, sinuante retro veste. Ær. 2.

..... ΑΔΡΙ ΑΝΤωΝЄΙΝΟϹ ϹЄΒ .... Caput Antonini Pii laureatum d. v., et in collo signum incusum, in quo aquila.

ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ........ In area ΞΗΠΡ CXXCVII. Caput mulicbre turritum d. v. ante quod Θ. Ær. 2. Tab. XXXVIII. n. 40.

...... ΤΙ ΑΙΛ ΑΔΡΙ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC CEB Inscriptio inverso ordine posita. Caput Antonini Pii laureatum.

ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ In area ΗΠΡ Anno CLXXXVIII. Caput muliebre turritum s. versus ante monogramma ΦΟ. Duplex Ær. 2. Tab. XXXVIII. n. 41.

Alii tres similes, sed caput turritum d. versus respicit, et in area monogramma. Α
ΚΟ

ΑΥΤ ΚΑΙ ΤΙ ΑΙΛ ΑΔΡΙ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC CEB Caput Antonini Pii laureatum s. v., et in collo signum incusum, in quo ipsius imago.

ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ Caput turritum s. v.: in area ϞΡ Anno CXC. Ante pectus monogramma ΘΕ. Ær. 2. Tab. XXXVIII n. 42.

Alius, sed absque signo incuso.

Alius, cum eodem signo incuso, et monogrammate ΘΚ. Ær. 2.

Alius parum diversus. Ær. 2.

Horum omnium epocha illustratur in lib. de Num. Imp. cum notis chronol.

ΑΥΤ ΚΑΙΣ Τ ΑΙΛ ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ ΕΥ Π Π Caput Antonini Pii sine laurea.

ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΜΟΨΕΑΤΩΝ ΕΤ ΖΣ *Hadrian. Mopseatarum anno* CCVII. Pallas galeata, d. victoriolam, sin. hastam, ad pedes clypeus. Ær. 2. Tab. XXI. n. 152.

Alius similis, sed ΕΤ ΗΣ Anno CCVIII. Ær. 2. Tab. XXI. num. 153.

Vterque in Opere de Vulg. Ærae Emend. illustr. sed et ipse ibidem emendandus, ut factum in lib. de Num. Imp. cum notis chronolog. Nam ex nummis Macrini, et Diadu-

menlani, quos vide suo loco, de ejus epochae exordio alia ratiocinia instituenda.

AVT KAI T AIΛ AΔP ANTΩNINOC CЄB. Caput Antonini Pii laureat. v. d.

CΩTHPI ACAH In imo NIKAIEIC. *Servatori Aesculapio Nicaeenses*. Ara, supra quam serpens erectus. Ær.min.

Nummulus inauratus pulcherrimus cum adiecto Æsculapii nomine.

AVT KAICAP ANTΩNЄINOΣ Caput Antoninio Pii laureat.

NEIKOMHΔEI MHTPOΠOΛE NEΩKOP Fortuna tutulata sedens, d. navis gubernaculum, s. cornucopiae. Ær. 2.

AVT KAICAP ANTΩNINOC Caput Antonini laureat.

NIKOMHΔEIAC MHT KAI ΠPΩT Vulcanus sedens galeam columellae impositam perficit. Ær. 3. Tab. XXI n. 154.

Hactenus de Neocoratu Nicomediae Bithyniae Metropolis testes sunt nummi Antonini Pii sub eodem initium habuisse, ut primus ex his eloquitur. Caeteri tituli MHT, et ΠPΩT a Domitiano incipiunt.

AVT...... ANTωNЄINOC CЄB Caput laureat.

OPΘωCIЄωN *Orthosia* Phoeniciae. Deus Terminus, ut videtur, cum tutulo in capite, et acinace, sive harpa in d. a duabus feris vehitur, quae habent veluti cornua sursum erecta. Superne BΞY Anno CDLXII. Ær. 2. Tab. XXI. n. 155.

Similia fere animalia conspiciuntur in duobus autonomis apud Pellerin. Pop. II. Tab. LXXXI n. 15, 16, sed illa sunt sine cornibus, figura etiam, quae ipsis insistit sine tutulo. In simili pariter apud Norisium bovis similitudinem offerunt, a qua plane distant. In archetypo nummo melius expressa Dei Termini figura cum tutulo, et acinace. De epocha vide in lib. pluries cit.

AV KA AΔP ANTω ЄVCЄ. Caput Antonini laureat.

ΓAA TO ΠЄCCIN Tres figurae nudae sacrificantes ad

aram, ad cujus basim jacet victima. Omnia in vestibulo templi distyli. Ær. 2. Tab. XXI. n. 156.

Cum Galatiae Provincia, teste Livio, divisa esset in partes tres, Vrbes aliae sitae dicebantur in Troemis, quaedam in Tectosagibus, aliae denique in Tolistobogis, quod constat non modo ex veterum Lapidum, Scriptorumque fide; verum etiam ex nummis jam editis apud Vaill., Haym., et Pellerin. Pessinus ad eam Tolistobogorum Galatarum Occidentalium pertinebat. Hinc scriptum in nummo ΓΑΛ ΤΟ, in aliis vero ΓΑΛ ΤΟΛΙϹ ΠЄϹϹΙΝΟΥΝΤΙΩΝ. Novus, ac peculiaris iste typus trium sacrificantium ad aram, quibus totidem veluti Geniis significari voluisse arbitror communi trium Populorum consensu sacrificium illud peractum fuisse, vel pro incolumitate Antonini Pii, vel alia qualibet justa de causa. Notissimum est apud Pessinuntios stetisse fanum Matris Deum in magno habitum cultu, et religione, ut scribit Strabo lib. XII, illudque Romanos illustre fecisse, cum inde simulacrum ejus Deae Romam accivissent. Forte sacrificium illud eo in loco factum innuitur, e quo magnae Matris cultus ad Romanos quoque manaverat.

ΑΥΤΟ ΚΑΙ Τ ΑΙΛ ΑΔΡΙ ΑΝΤѠΝЄΙΝΟϹ ϹЄΒ ЄΥϹ Caput Antonini Pii laureatum.

Φ. ϹΑΜΟϹ ΙЄΡ ΑϹΥ ΑΥΤΟΝΟ ΜΗΤΡ ΚΟΜ *Flavia Samosata sacra asylo gaudens autonoma Metropolis Commagenes*. Mulier turrita scopulo insidens, d. binas cum papavere spicas: pro pedibus fluvius natans. Ær. 2.

Alii tres similes. Ær. 2.

Clare in meis duobus ex hisce scriptum legitur praenomen *Flaviae* a Vespasiano sibi inditum per simplex Φ.

ΑΥΤ ΚΑΙ ΤΙ ΑΙ ΑΔΡ ΑΝΤΩΝЄΙΝΟϹ ϹЄΒ ЄΥ. In area Π Π Juppiter sedens, d. victoriolam, s. hastam gerit.

ΑΔΡΙΑ ΤΑΡϹЄΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛЄΩϹ Genius Vrbis turritus, et velatus, stola ad talos defluente insidet sellae, cujus pedes in sphyngem desinunt: pedem d.

fluminis natanti, cujus caput corona arundinea ornatum est, imponit, manu vero d. binas spicas cum papavere gestat. Ær. 2. Tab. XXI. n. 157.

Tarsus Ciliciae Metropolis nobilissima Cydno fluvio alluebatur, in quo lavit Alexander Magnus teste Curtio. Apud Vaill. haud recte describitur. Vide de hoc ipso nummo Cl. Sestinium Descript. N. Vet. p. 409, ubi ejusdem ope alterum Liebii suae integritati restituit.

ΑVΤ ΚΑΙ ΑΔΡ ΑΝΤωΝΙΝΟϹ Caput Antonini Pii laureat.
ΤΙΒЄΡΙЄωΝ ΠΑΜΗΝ... Deus Lunus. Ær. 3.

ΑVΤ ΚΑΙ ΑΔΡ ΑΝΤωΝΙΝΟϹ Caput laureatum Antonini.
ΤΙΒЄΡΙЄωΝ ΠΑ..ΗΝωΝ Typus, ut in superiori. Ær. 3. Tab. XXI. num. 158.

Ex his duobus nummis integra emergit lectio vocis ΠΑΜΗΝωΝ. Nam postremae literae ωΝ, quae in primo, fugiente margine, dimidiatae apparent, in secundo clarissime conspiciuntur. Recte igitur in suo legisse patet Vaillantium: ΤΙΒЄΡΙЄωΝ...ΜΗΝ.. reliquis deficientibus utrimque literis, quae supplendae, ut supra. Dubitari pariter amplius nequit, quod hujusmodi nummi ad Tiberiadem Galilaeae cum eodem Vaillantio sint referendi. Praestantissimis quidem Viris Joberto, Bimardio, ac denique Eckhelio orta erat suspicio, quod nummus ille Vaillantii de Vrbe potius Tiberiopoli Phrygiae interpretandus foret, legendumque in eo ΤΙΒЄΡΙΟΠΟΛЄΙΤΩΝ, quod in illo deesset praenomen ΚΛΑVΔ, ac nullae conspicerentur notae chronologicae, ut in plerisque aliis Tiberiadis Galilaeae. Sed jam nullus superest dubitandi locus, ac concedendum est in hisce nummis, qui soli sunt, qui hactenus innotescunt editi ab illa Vrbe post Hadrianum, omissum fuisse praenomen ΚΛΑVΔ, notasque chronologicas; a Tiberiensibus tandem, ut in proxima Vrbe Gaba Trachonitidis, cultum Dei Luni, sive Mensis aliquando receptum fuisse, Quae sunt dubia a Cl. Eckhelio proposita Doctr. N. V. T. III pag. 428.

Insueta quidem, et contra communem scribendi morem vox ΠΑΜΗΝΩΝ cum scribendum potius fuisset ΠΑΜΗΝΟC, ac etiam cum duplici M. Ita in aliis nummis de eodem Deo Mense legitur MΗΝ ΑCΚΗΝΟC, eodemque singulari numero efferuntur caeteri ferme omnes Deorum tituli, ut ΖЄVC ΟΛΥΜΠΙΟC, ΖЄVC ΠΑΝΔΗΜΟC etc. Negari tamen nequit et illi voci, quae genitivo casu posita est eandem vim, et sensum inesse; nam ut ea ΠΑΜΗΝΟC significatur, quod est cujuslibet mensis, quod nullo mense deficit, ita et altera in hoc nummo non minus apte exprimitur Deum Lunum, sive Mensem, cujus figura insculpta cernitur, omnibus mensibus, sive perpetuis temporibus volvi, ac permanere. De simplici M minus mirari subit, quoniam hujusmodi scribendi licentia in iis regionibus familiaris.

ΤΙ ΑΙ ΚΑΙCΑΡ ΑΝΤΩΝЄΙΝΟC Caput Antonini Pii laureatum cum paludamento.

ЄΠΙ ΠΟΛΛΙΟΥ ΓΡΑΜΜΑ ΤΡΑΛΙΑΝΩΝ (sic) Deae velatae simulacrum medio corpore in thensa, quam jugati boves gibbosi trahunt, pompam ducente figura virili nuda ipsam Deam respiciente cum bacillo inflexo ad hum. sin. Ær. m. Tab. XXI. n. 159.

Numm. pulcherr., et integritate praestans.

Cum nullum adjectum fuerit peculiare symbolum, in incerto manet, utrum sit Junonis signum, an Dianae, cui proprie convenit currus taurorum, cum Selenes munere fungitur. Notandus simplex Λ in nomine Vrbis, ut in sequenti.

ΗΛΙΟC CЄΒΑCΤΟC *Sol Augustus* inverse scriptum. Caput Antonini Pii cum Solis radiis.

ΤΡΑΛΙΑΝΩΝ Pallas galeata cum clypeo in sinistra. Ær. 3. Tab. XXI. n. 160.

Videntur Tralliani respexisse ad praenomen Aelii, quo vocabatur Antoninus ob Hadriani adoptionem, ut eum in hoc nummo sub Solis imagine radiata, ejusque adiecto nomine ΗΛΙΟC exhiberent. In aliis ejus Vrbis autonomis legitur ΗΛΙΟC

ΑΠΟ, ΗΛΙΟΣ ΠΑΡΑΣΙΟΣ apud Sestin. Descript. N. V. p. 416, item ΗΛΙΟΣ ΣΑΡΑΠΙΣ in Ægyptiis, de eodem Sole. Ad horum igitur exemplum peculiare modo offertur cognomen Solis cum capite pariter radiato, quo Imp. Antoninus decoratur in hoc nostro. Simile σφάλμα simplicis Λ in hoc quoque admissum, ut in superiori in voce ΤΡΑΛΙΑΝΩΝ.

...... ΑΙΛ ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ..... Caput Antonini Pii laureatum.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ЄΝΥ Tripolit. Anno CDLV. Dea Astarte stans, d. hastam, sin. pede prorae navis imposito. Ær. 2. Tab. XXXVIII. n. 43.

.... ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ϹΕΒ .... Caput Antonini Pii laureatum.

ΤΡΙΠΟ .... In area lit. orizontalibus ΘΝΥ, Ann. CCCCLIX. Astarte stans cum attributis pede prorae navis imposito. Ær. 2.

ΑVΤ ΚΑΙ ΤΙ ΑΙΛ .... Caput Antonini Pii laureat.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΘΝΥ Anno CDLIX Capita Dioscurorum jugata cum astris. Dupl. Ær. 2. Tab. XXXVIII. n. 44.

De hisce nummis, eorumque epocha vide in lib. N. de Epoch.

ΑVΤ ΑΙ ΑΔΡΙΑ ΑΝΤΩΝ... ΟϹ Caput Antonini Pii laureat.

ΗΓΕ. ΓΑΡΓΙΛΙ. ΑΝΤΙΚΟΥ ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ *Praeside Gargilio Antico Philippopolitarum* in Thracia. Fluvius barbatus decumbens, d. ramum praegrandem expansum nescio cujus arbusti fluviatilis, sin. cubito urnae aquam effundenti innititur. Ær. 1.

Haec Vrbs Thraciae Hebro fluvio adjacebat. Probat iste generatim arundinem non esse unicum fluviorum symbolum, sed alios frutices, frondesque aquatiles ipsorum proprias, ut in Ægyptiis quoque nummis factum censeo, ut in Alexandro Severo praesertim notabimus. Vide etiam in nummo Prusiensium ad Hypium Bithyniae M. Aurelii, et alibi.

NVMMI AEGYPTII

AVT KAI T AIA AΔP AN...... Caput Antonini Pii laur.
ЄTOYC B Anno II Harpocrates nudus cum flore loti in capite, digitumque ori admovens, flori expanso, atque e terra enascenti insidet, et ad humerum sin. alium florem gestat, cujus forma a clavae specie longe diversa est. Ær. 2.
Alius parum dissimilis. Ær. 2.

Mirum sane, quod unicus hactenus citetur nummus cum anno I imperii Antonini, de quo etiam dubitat Cl. Zoega, cum vix, ac ne vix quidem credibile sit, quod Hadriani mors, quae inciderat in diem X Julii, ad eas regiones non pervenerit multo ante Neomeniam anni Ægyptiorum civilis, idest ante diem XXIX mensis Augusti. Notum est enim, quam mirabili celeritate hujusmodi casus in toto Orbe Romano propagarentur, ut alibi etiam probavimus.

Sed quoniam scrupulus Zoegae in eandem sententiam pertraxit etiam Cl. Eckhelium, exemplum aliquod hoc loco afferre lubet, quo omnis dubitandi ratio evanescat. M. Tullius Lib. V Epist. ad Atticum Epist. XVIII haec ad eundem scribit: *Nos in Cappadocia ad Taurum cum exercitu ad Cybistra, hostis in Cyrrhestica* etc. Tum seq. Epist. XIX subdit: *Obsignaram jam epistolam scriptam mea manu, cum subito Appii tabellarius.. septimo quadragesimo die Roma celeriter (hui tam longe) mihi tuas literas reddidit*. Si Tabellarius Roma ad Taurum montem pervenire potuit die septimo, et quadragesimo: quanto citius concedendum est famam ipsam de obitu Hadriani per universum imperium Romanum peragrasse, et Alexandriam quoque accessisse, media praesertim aestate, et tanta navigationum tum frequentia, et prospero eventu? Scribit Phylo synchronus Auctor paulo post initium Libri contra Flaccum, Agrippam a Cajo

Caesare Regem constitutum, ut in suum regnum se conferret, hortatu ipsius Caesaris, cum *expectatis Etesiis descendisset Puteolos, et ibi naves Alexandrinas in portu paratas invenisset, prospera navigatione usum, post paucos dies*, graece: *ὀλίγαις ὕςερον ἡμέραις*, *inexpectatum, et improvisum Alexandriam appulisse*. Si pauci dies a Puteolis Alexandriam in ea navigatione insumpti, vides profecto, cum a die emortuali Hadriani ad Neomeniam Thoth Ægyptiacam, a die nempe VI Id. Julii ad XXVIII augusti non minus, quam quinquaginta dies numerentur, nuntium non modo Hadriani obitus pervenire potuisse Alexandriam, verum etiam tempus superfuisse, ut nummi ederentur cum Antonini Pii anno primo. Vita functo Trajano apud Selinuntem die XI Augusti, ut jam in Hadriano dictum est, intra septemdecim dies, qui supererant ad proximam Neomeniam Thoth, et nuntius mortis Trajani Alexandriam pervenit, pluresque insuper in honorem Hadriani editi nummi cum L A. Vide plura alia exempla in hoc, et in Lib. Vulg. Ærae.

AVT K T AIA AΔP ANTωNINOC Caput Antonini Pii laureatum cum paludamento ad pectus.

L B Canopus cum calantica. Ær. 2.

AVT K T AIA AΔP ANTωNINOC EVCE Caput Antonini Pii laureatum.

L TPITOV Anno III. Mulier stans, d. demissa spicas, sin. caduceum. Arg. 2.

..... T AIA AΔP ANTωNINOC..... Caput Antonini Pii laureatum.

L Δ An. IV Æquitas sedens, d. bilancem, sin. cornucopiae. Arg.

AVT K T AIA AΔP ANTωNINOC EVC CEB Caput Antonini Pii laureatum.

L Δ Anno IV. Caput Jovis laureatum. Ær. 1.

.... AΔP ANT.......... Caput Antonini Pii laureat.

L TETAPTOY An. IV. Mercurius seminudus stans, d. cru-

menam, s. vestem involutam, et caduceum, ad pedes canis, vel latrator anubis sub canis imagine. Ær. 1.

AVT K T AIΛ AΔP ANTωNINOC ЄV CЄB Caput Antonini Pii laureatum cum paludamento.

L Є A. V Protome Palladis galeatae pulcherrima cum capite Medusae in pectore, et serpentibus. Ær. 1. Tab. XXI. num. 161.

AVTOKPA KAI AΔP ANTωNINOC ЄV CЄB Caput Antonini Pii laureatum.

L Є An. V Caput Nili cum cornucopiae ante pectus. Integerr. Ær. 3.

• ANTωNINOC CЄB ЄVC CЄB (sic). Caput laureat.

M AVPH KAICAP Caput M. Aurelii juvenis sine laurea. In imo L H Anno VIII. Arg.

Vide illum sub M. Aurelio.

.... ЄVC CЄB Caput Antonini Pii laureatum.

L H Anno VIII Caput Serapidis cum modio in capite. Arg.

Caput Antonini Pii anepigraphum laurea ornatum.

L H An. VIII. Flos loti assurgens foliis explicatis. Ær.min.

.... AΔP ANTωNINOC.. Caput Antonini Pii laureat.

L ЄNATOY Anno IX Juppiter seminudus stans cum globo in capite, sive parvo tutulo, d. pateram super aram accensam, sin. vestem elevat. Ær. 3.

AVT K T AIΛ AΔP A... NINOC. Caput Antonini Pii laur.

L ΔЄK A. X Camelopardalis, sive Nabus stans. Ær. 3.

De hac Æthiopica bestia vide prae caeteris Barthelemyum in Interpret. Lithostrati Praenestini.

... K T AIΛ A... ANTωN...... Caput Antonini Pii laur.

L ЄNΔЄKATOY A. XI Isis sedens Horo parvulo filio ubera praebet. Ær. 1.

Caput Antonini Pii vitiata epigraphe.

.. ЄNΔЄKATOY. An. XI Spei gradientis typus. Ær. 1.

AVT K T AIΛ AΔP ANTωNIN... Caput Antonini Pii laur.

L IA Anno XI Leo conversus retro astrum respicit. Ær. 3.

Sol leonem ingrediens magnam universis Ægyptiis bene sperandi causam afferebat. Nam eo tempore si Nilus ad justum incrementum cubitorum XVI, ut in Hadriano diximus, pervenisset laetissimam omnium ubertatem portendebat, non minus tamen hilaritatem, securitatemque promittens, si aliquanto minus inundasset.

Caput Antonini Pii vitiata epigraphe.

L IΓ An. XIII Serpens crassior erectus cum flore loti in capite. Ær. min.

AVT K T AIΛ AΔP ANTωNINOC Caput Antonini Pii laur.

L IΔ An. XIV Caduceus inter duas spicas. Ær. 3.

ANTωNINOC ЄVC CЄB Caput Antonini Pii laureatum.

L KA Anno XXI Serpens crassior erectus cauda circumplicata, hinc caduceum, inde spicam retinens. Ær. 3.

ANTωNINOC CЄB ЄVCЄB Caput Antonini Pii laureatum.

L KB Anno XXII Nilus decumbens juxta crocodilum, d. arundinem, s. cornucopiae. Florem gerit in vertice. Ær. 3.

AVK T AIAI ANTωNINOC CЄ Caput Antonini Pii laureat.

L KΔ Anno XXIV Serpens exilior cum flore in capite barbatus stans erectus cauda circumplicata, hinc caduceum, inde florem loti sustinet. Ær. 2.

Postremus annus iste imperii Antonini Pii, etiam ex methodo Ægyptiaca, juxta quam finem habiturus fuerat exeunte Augusto An. V. C. Varr. CMXIV. Ipse vero decesserat labente martio ejusdem anni, quemadmodum hoc chronologiae caput magni in historia Romana momenti a me invicte, ut arbitror, vindicatum est in Lib. de Vulg. Ærae Emend. p. 275, et seqq.

AVT K T AIΛ AΔP ANT..... Caput Antonini Pii laureat.

Capita jugata Solis radiatum, et Lunae cum luna crescente ante pectus, notis deletis. Ær. 1.

:........NЄINOC AVΓ Caput Antonini Pii laureatum.

ЄT........ωN Pastor juvenili facie sub arboris ramo

habitu brevi stans, s. pedum, d. extendit versus cypressum, ante quam capra stans infantem lactat. Ær. 3.

Ex Mus. Fogliacci.

Hoc nummo caprae amaltheae fabula exprimi videtur, quae Jovi infanti ubera praebet, quam ille ob beneficium inter sydera collocasse fertur. Sic a Parmenio graeco poeta describitur, nam alii, ut Lactant., et Ovid. eam fabulam aliter exponunt. Annus evanuit: postremae voces ωΝ supplendae ΑΙωΝ, ut in aliis Antonini nummis legitur cum phoenicis typo, qua voce, et symbolo aevum, et aeternitas significatur, quod pariter huic typo maxime convenit, ac si Jovis infantis, qui ab Amalthea capra nutriebatur, nunquam interiturum esset imperium. Idem Juppiter infans caprae insidens cernitur, ut omittam nummos latini commatis, in iis Vrbis Cydoniae Insulae Cretae, ubi Jovem natum, educatumque fabulantur poetae. Cypressus arbor sacra erat Soli, quam sub Jovis nomine colebant Assyrii, de qua videndi Macrob., et Vaill. in Num. de Colon.

NVMMI COLONIARVM

IMP. ANTONINVS P. P. Caput Antonini Pii pectore loricato.

CO AE CA *Colonia Aelia Capitolina* Protome Vrbis turrita. Ær. 2.

IMP ANTONINO AVG. Caput Antonini Pii laureat.

COL AEL CAP *Col. Aelia Capitolina*. Dimidia navis. Ær. min.

ANTONINVS AVG PIVS Caput laureat.

C L I COR Victoria in bigis. Ær. 2.

Primus iste sub Antonino cum Victoria in bigis, quo designatur ludos Capitolinos a Corinthiis in Imp. honorem

celebratos fuisse. Similes deinde editos invenies sub Commodo, sub Sept. Severo etc

FAVSTINA AVG ANTONINI PII

..ΕΑ ΦΑΥCΤЄΙΝΑ Caput Faustinae sen. velatum.

ΤΥΧΗ.... ΟCΤΡΑ Astarte capite turrito, d. hastam, s. spicas, pede d. prorae navis imposito. Ær. 3. Tab. XXII num. 163.

Confirmat iste quod ex Pellerinianis etiam, et altero Sestinii constat: praecipuam hanc Arabiae Vrbem, non modo in obsequii argumentum Antonino nummos dicasse, sed ejus quoque uxoris gratam sibi extitisse memoriam, eamque suis nummis saepius renovasse.

ΦΑΥCΤΙΝΑ CЄΒΑCΤΗ Caput Faustinae senioris comptis suum in morem capillis.

CΜΥΡΝΑΙΩΝ Figura Amazonis turritae sedentis, d. arcum cum telo, s. peltam Amazonicam inversam, et propriae sellae extremitati impositam retinet. Ær. 3. Tab. XXXIX. n. 64.

Nummus elegans, quique ex symbolis Amazonis figuram sedentem certo designat. Nam ut alibi etiam commemoravimus ex Virgilii versu 1. Aeneid.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

Vide Pellerin. Suppl. II p. 46. Tab. II fig. 5 cujus similis nummus ex nostro suae integritati restituitur.

M. ANN. GALERIVS ANTONINI. PII. F

.... ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡΟC ΑΝΤΩΝ.. Caput puerile M. Annii Galerii veste ad pectus ornatum.

ΘЄΑ ΦΑΥCΤЄΙΝΑ Caput Faustinae sen. Ær. 2. Tab. XXII. num. 164.

Notus quidem nummus, sed in serie necessarius.

ΔЄΛΦΩΝ Caput puerile capillis filo revinctis, ac retro fluentibus, et cum toga ad pectus: ante faciem ramus.

ΘЄΑ ΦΑΥϹΤΙΝΑ Caput divae Faustinae. Ær. 3. Tab. XXII num. 165.

Vt in superiori, ita et in hoc altero pulchram, et expressam infantis imaginem, potius quam Apollinis videre videor, quamquam lineamenta utriusque sint diversa. Similem etiam imaginem vide in nummo Antonini patris paulo ante descripto. Eandem nusquam alias reperies in caeteris nummis hactenus editis hujus Vrbis. Apollo in iis exhibetur in figura stans cum lauro, et lyra, vel habitu muliebri, vel in propriis symbolis, denique in simulacro stante in atrio templi, ut in meo pulcherrimo XVI columnarum a latere, ejusdem Faustinae sen., quem olim Cl. Viro D. d'Hennery dono dedi cum Romam advenisset. Donec itaque similis alia puerilis imago in alio quopiam Delphorum nummo in lucem prodeat, meam hanc conjecturam non ineptam utique habendam existimo. Mares duos Antonino ex Faustina genitos memorat Capitolinus, de quorum tamen vita, et exitu nihil compertum habemus. Vrbem vero Delphos in Phocide oraculo Apollinis toto quondam Orbe celebrem divae Faustinae memoriae quam maxime devotam extitisse probant jam nummi quinque: bini a me modo memorati, alter apud Vaillantium, duo denique recens editi a Cl. Sestinio Descript. N. Vet. pag. 171, et seq.

M. AVRELIVS CAES postea AVG

Μ ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ ΥΙΟϹ ϹЄΒ Caput M. Aurel. nudum.

ΑΥΤ Κ Τ ΑΙΛ ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ϹЄΒ Caput Antonini Pii laureatum. Ær. 1.

Vrbis incertae.

ΑΥ.. Μ ΑΥ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ Caput M. Aurelii laureatum.

...... ΣΤΡΑΤΗΓΙΑΣ. ΑΒΥΔΗ Diana venatricis habitu in

bigis a duobus cervis vehitur. Ær. 2. Tab. XXII. n. 166.

Praecedunt in aversa parte aliquot literae, quibus magistratus nomen continebatur, sed de iis pene evanescentibus interpretatio incerta. Vocis ΣΤΡΑΤΗΓΙΑΣ lectionem confirmat nummus alter amici nostri Cl. Hieronymi Taninii, qui spectat ad eandem Vrbem, eundemque Imp. M. Aurelium, cujus epigraphe sic se habet.

ΑΥΤ ΚΑΙ Μ ΑΥΡΗΛ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΑΓ Caput M. Aurelii laur.

ЄΠΙ ΙЄΡЄΙΑϹ ΛΟΚ'Κ ϹΤΡΑΤΗΓΙΑϹ In imo ΑΒΥΔΗΝΩΝ *Sub Sacerdotio Lochii, vel Lucii, ejusque Praefectura Abydenorum.*

Haec Vrbs Troadis in caeteris nummis vocem ΑΡΧ notat pro suo magistratu. In hoc duplex alia dignitas conjuncta, quod tamen non caret exemplo; nam in nummo Colophoniorum Joniae lego ЄΠΙ ϹΤΡ ΚΛ ΚΑΛΙϹΤΟΥ ΙЄΡЄΩϹ ΙΩΝΩΝ, ut alia omittam exempla apud Numismaticos videnda. In nummo Sestin. Descr. N. V. p. 295 legitur ΝЄΡΩΝΟϹ ΚΑΙϹΑΡΟϹ ΗΓЄΜΟΝΙΑ.

Μ ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΟΥΗΡΟϹ ΚΑΙϹΑΡ *M. Aurelius Verus Caesar.* Caput imberbe M. Aurelii Caesaris.

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕ...ΩΝ *Hadrianopolis* in Thracia. Cybele tutulata sedens, d. pateram, sinistro cubito crotalo innititur, ad pedes leo. Ær. 2.

Testis iste, quod nomen VERI M. Aurelio conveniat.

...ΑΥ ΚΑΙ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ C Caput laureat. M. Aurelii cum lorica ad pectus.

ЄΠΙ ΤΥΝΔΙΩΝΟϹ ΑΚΜΟΝЄΩΝ Ipse Imperator, ut videtur, in equo citato cursu decurrens, d. hastam, s. frenum retinet. Ær. 3. Tab. XXII n. 167.

Nomen magistratus est *Tyndionis*, non ut in iconismo excidit, *Tendionis*. Magna hactenus habetur horum nummorum intercapedo a Poppaea Neronis ad Sept. Severum, cui supplendae hactenus iste adjiciendus. Vrbem hanc Phrygiae habuisse Archontes pro magistratu merito inferunt ex mono-

grammate in nummis Neronis, et Poppaeae Neumannus, et Sestinius, quam lectionem confirmat nummus Sept. Severi apud Vaill. in quo distincte legitur ЄΠΙ ΦΑ ΠΡЄΙϹΚΟΥ ΑΡΧ.

ΟΥΗΡΟϹ ΚΑΙϹΑΡ Caput M. Aurelii sine laurea, facie juvenili, ac levis barbae lanugine aspersa.

ΑΜΑϹΤΡΙΑΝΩΝ Taurus erecta fronte stans. Ær. 3.

Confirmat iste pulcherrimus nummus, quae Eckhelius profert argumenta contra Froelich. sub Annio Vero T. VII, ut probet similes nummos etiam si careant praenomine ΑΥΡΗΛΙΟϹ, huic tamen uni adscribendos esse, quod genas exhibeant levi barba conspicuas. Annius enim Verus Caesar M. Aurelii, et Faustinae jun. filius vix septennis, exsecto sub aure tubere, vitam cum morte commutavit.

ΑΥΤ ΚΑΙ Μ ΑΥΡ... Caput M. Aurelii sine laurea barbatum.

ΑΜΦΙΠΟΛЄΙΤΩΝ Mulier sellae insidens, d. pateram gerit. Duplex Ær. 2.

Hos Vaillantius, et cum eo plerique Amphipoli Syriae, sive Palmirenes adscribebant; sed jam inter Numismaticos res est explorata singulos quosque Amphipoli Macedoniae concedendos esse.

ΑΥΤ ΚΑΙϹ Μ ΑΥΡ ΑΝΤΩΝЄΙΝΟϹ Caput M. Aurelii laureat.

ΑΝΤΙΟ ΤΩ ΠΡ ΙΠ ΤΗϹ ΙЄΡ Κ ΑϹΥΛΟΥ *Antiochiae ad Hippum sacrae, et asylo gaudentis.* Mulier turrita, et stolata stans, d. equi frenum retinet, s. incertum quid gerat, forte cornucopiae. Ær. 2. Tab. XXII. n. 168.

Tanta intercedit similitudo inter hunc nostrum, et alterum, quem delineatum exhibet Pellerinius Mel. II. p. 124. Tab. XXVIII n. 1., ut mihi oborta sit suspicio in illo, ea parte, qua nomen Imperatoris continetur, ac praestantissimo Viro sibi legendum videbatur ΑΥΤΟΚΡ ΚΥΡ, literas aliquas sub aerugine latentes, vel vitiatas diversam a vero speciem exhibuisse, praesertim in prima ex tribus postremis, nempe Κ, sub qua lateret lit. Α. Ac propterea, ut in nostro legenda sit epigraphe de M. Aurelio. Simile exemplum

paulo ante dedimus sub Vrbe Acmonia in voce ΤΥΝΑΙΩΝΟϹ, secunda enim lit. Υ sub aerugine videbatur Ε, atque ita in iconismo insculpta fuit, ante quam error detectus. Quo ad imagines autem utriusque nummi neminem nostrum latet Graecas, ut plurimum, Vrbes minus accuratas fuisse in exprimendis Imperatorum lineamentis. Ac revera utraque facies in nummis, de quibus sermo est, ex aequo sumi posset tam pro Antonino, quam pro M. Aurelio. Vox illa ΚΥΡιος non modo ignota primis imperii saeculis in nummis cujuscunque generis, sed peculiarem in modum aliena prorsus a moribus, et insigni animi moderatione M. Aurelii. Fatetur ipse Pellerinius in nullis hactenus Caligulae, et Domitiani nummis eam vocem ΚΥΡΙΟϹ inventam esse, quamvis illi ita nominari vehementer appeterent. Nec itaque verisimile videtur hanc Vrbem Antiochiae ad Hippum Decapoleos M. Aur. Antoninum, quem, teste Victore, *Reges, Nationes, Populique omnes ut parentem, sive patronum magis, quam Dominum, Imperatoremve reputarent* in publica sua pecunia eo assentationis genere sibi conciliare voluisse, quae, ut perspectum erat, haud equidem grata, sed in offensionem optimi Principis incurrere debuisset.

ΑΥΤ Κ Μ ΑΥΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ϹЄΒ Caput M. Aurelii laureat.

ϹC
Ζ in laurea. Ær. 2.

Addendus iste Catalogo Sestin. Epist. T. IV. p. 37.

..... ΑΥΡΗΑ ΑΝΤѠΝЄΙΝΟϹ ϹЄΒ Caput M. Aurelii radiatum.

ΔΗΜΑΡΧΙΚ ЄΞΟΥϹ ΚΑ *Tribunic. Potest. XXI.* Caput Jovis Ammonis. Ær. 2.

ΑΥΤΟΚΡ ΚΑΙϹ Μ ΑΥΡΗΑ ΑΝΤѠΝЄΙΝΟϹ ϹЄ Caput M. Aurelii laureatum,

ΔΗΜΑΡΧΙΚ ЄΞΟΥϹ ΚΔ *Tribunit. pot. XXIV* Caput Jovis Ammonis. Ær. 1.

Alius, sed Ær. 3.

ΑΥΤΟΚΡ ΚΑΙϹ Μ ΑΥΡΗΛ ΑΝΤϢΝЄΙΝΟϹ ϹЄΒ Caput M. Aurelii laureatum.

ΔΗΜΑΡΧΙΚ ЄΞΟΥϹ Κς Caput Jovis Ammonis: *Tribuniciae potest. XXVI.* Ær. 1.

M. Aurelius trib. potestatem a patre Antonino accepit A. V. C. Varr. CM. Hinc habes quibus cum annis consociandae sint quae in suprascriptis tribus nummis designantur.

...... ΑΤΟΡΑ ΚΑΙϹΑΡΑ Μ ΑΥ...... ΑΝΤϢΝΙ..... Caput M. Aurelii laureat. cum paludamento.

ΑΝΤΙΟΧЄϢΝ ΠΡΟϹ ЄΥΦΡΑΤΗΝ. *Antiochenorum ad Euphratem.* Protome Palladis galeata. Ær. fere 2.

Similem in aversa parte describunt Vaillant., et Catal. Theup., omissa tamen de more a Vaill. capitis epigraphe, ab altero vero, quod esset vitiata, et ab utroque Sept. Severo adscribitur. Recte ne, an perperam ob vultus lineamenta ambigua definire non audeo. Certe hic noster, quamvis a vetustate, et ipse in anteriori parte vitium contraxerit sic legendus videtur, et ad M Aurelium referendus. Praeter hosce tres nulli alii hactenus mihi innotescunt. De hac Vrbe unus Plinius mentionem habet: *Oppida*, inquit, *adluuntur Epiphania, et Antiochia, quae ad Euphratem vocantur*. Ejus itaque descriptionem hi nummi egregie confirmant.

Capita M. Aurelii, et L. Veri se respicientia, epigraphe vitiata.

ΑΡΑΔΙΩΝ Є (sic) ΑΚΥ Anno Aradiorum CDXXI. Fortuna insidens gubernaculo navis, quod d. regit, sinistra cornucopiae gestat. Ær. 2. Tab. XXII. n. 169.

De epocha hujus nummi consule lib. nostr. de Numm. Imp. cum notis Chronol.

..... ΗΛΙΟϹ ΚΑΙϹΑ.. ϹЄΒ ЄΥϹЄ.... *M. Aurelius Caesar Augusti Pii filius*. Caput imberbe M. Aurelii Caesaris sine laurea cum paludamento ad pectus.

ΝЄΑϹ ΤΡΑΙΑΝΗϹ ΒΟϹΤΡΑϹ *Novae Trajanae Bostrae*. Protome Genii, vel Bonae Fortunae Vrbis turrita, sub

qua imago Faustinae junior. expressa videtur. Ær. 2. Tab. XXII. n. 170.

In Caracalla etiam, et Mamaea apud Vaillantium exhibetur hujusmodi caput muliebre turritum cum epigraphe ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ etc.

Μ ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ Caput imberbe M. Aurelii Caesaris. ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ ЄΠ ΔΙΟΝΥϹΟΥ Prora navis, et in medio areae superne ΤΟ ς, idest *Byzantiorum sub Dionyso VI.* Ær. 3. Tab. XXII. n. 171.

Μ ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ Caput imberbe M. Aurelii Caesaris. ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ ЄΠΙ ΤΥΧΗϹ. ΠΟ. Prora navis. Ær. 3. Tab. XXII n. 172.

Peculiariter notanda in his duobus nummis, nomen magistratus in secundo, quod est hujusmodi ЄΠΙ ΤΥΧΗϹ. ΠΟ. et nota arithmetica in primo ΤΟ ς. Cl. Eckhelius D. N. T. II p. 28 seriem exhibet magistratuum hujus Vrbis, de iisque plura erudite animadvertit; ad quae haec adjicienda censeo ad rectam intelligentiam literarum, quae post magistratus nomen apposita cernuntur. Nempe sic distinguendum esse: eos nummos, in quibus praemittitur notis Β, Γ, Δ, ς articul. ΤΟ, de iterata Archontis annua dignitate interpretandos esse; in reliquis vero, a quibus abest art. ΤΟ literam solitariam, vel duplicem subsequentem de cognomine accipiendam. Hac methodo omnis evanescit difficultas, ac quaestio dirimitur, de genuina earundem interpretatione. Rem autem non aliter se habere docent exempla, quae ab eodem Eckhelio afferuntur ЄΠΙ ΜΑΡΚΟΥ ΤΟ Β, ЄΠΙ Μ. ΜΑΡΚΟΥ Η. ΤΟ. Β, alia vero: ЄΠΙ ΑΙ ΠΟΝΤΙΚΟΥ Η, ЄΠΙ ΑΙ ΠΟΝΤΙΚΟΥ ΗΡ. Hinc inferes nummum Vaillantii ЄΠΙ ΜΑΡΚΟΥ Η, non de Archontis dignitate octies iterata, neque pro ΗΓЄΜΟΝΟϹ munere interpretandum, ut Froelichio visum fuerat. Sed neque assentiendum Cl. Eckhelio, qui literis ΗΡ aliud quoddam magistratus genus, incertum tamen, subintelligendum putat. Idque, ni fallor, suadet insuper nummus n., in quo habes ЄΠΙ

ΤΥΧΗC. ΠΟ. Puncto autem distinguuntur voces ΤΥΧΗC, et ΠΟ, ne haerere oporteat de duplici vocabulo ibidem inscripto. An et in hoc nummo alius quilibet magistratus subintelligendus? In hisce igitur, aliisque similibus nummis res satis explorata videtur non aliud, praeter quam cognomen illius, qui magistratu fungebatur exprimi voluisse. Nimis certe jejune, ut ea fortasse aetas ferebat; nam subsequenti tempore eadem integre expressa inveniuntur, ut in nummo Alexandri ЄΠΙ Μ. ΑΥΡ. ΦΡΟΝΤΩΝΟC, in iis Caracallae, et Getae ЄΠΙ ΤΙΤ. ΑΙΛ. ΚΑΠΙΤΟΛЄΙΝΟΥ etc. De cognomine quod subesse possit lit. Η, ΗΡ, et ΠΟ, sufficiant exempla ex ipsis Byzantiorum nummis: ΗΡΟΞΕΝΟΥ in uno Augusti, ΠΟΝΤΙΚΟΥ in pluribus Lucillae, Commodi, Caracallae, tum in autonomo, quem vide suo loco cum imagine Conditoris Byzae Sed et alia substitui possunt ab iis etiam Familiarum Romanarum derivata, quorum usus invaluisse apud Byzantios nummi ipsi testantur. De prora navis nihil animadversione dignum occurrit. Illud singulare est, Dionysum sexta vice ad annuam Archontis dignitatem electum fuisse. Sed minime mirum. Cusinius in nummo Claudii, quem vide supra, inscribitur ΤΟ Δ Ephesiorum Scriba; in nummo Temnitarum Faustinae jun., quem vide paulo inferius, Aquilius Praetor Δ. In uno Clazomenarum Zosimus ΤΟ. Є apud Eckhel. Erant etiam Duumviri Quinquennales in Coloniis. De Femina denique Tyche magistratum gerente nihil accidit novi, ut suadent inscriptiones in similibus nummis Byzantiorum videndae apud Eckhel. aliosque: ΑΦΗCΤΗC, ΦΑΥCΤΙΝΗC, CЄΥΗΡΑC etc.

ΑΥ ΚΑΙ Μ ΑΥΡΗ ΑΝΤΩΝЄΙΝΟC Caput M. Aurelii facie juvenili cum modica barba sine laurea, et cum paludamento ad pectus.

ЄΠΙ CΤΡΑ Τ ΑΥ CΑΒΙΝΙΑ In imo ЄΛΑΙΤΩΝ. Ceres in bigis utraque manu taedas gestans a serpentibus vehitur. Ær. m. Tab. XXII. n. 173.

In hoc eleganti, atque integerrimo nummo habemus Tit. *Aurelium Sabinianum Praetorem Elaitarum*, qui erant in Eolide. Addendus propterea caeteris hactenus editis, qui sunt numero paucissimi.

AVT KA M AV ANTONЄINOC Caput M. Aurelii laureatum.
ZAKYNΘIωN *Zacynthus* Victoria gradiens, d. coronam, s. palmam. Ær. 3.

Victoria galeam in capite gestat, quae in acumen, et parvum superimpositum globum desinit.

Zacynthus Insula ad Elidem illustris.

.... TONINOC KAICAP Caput M. Aurelii laureatum cum modica barba.

ZЄVΓMA
TЄΩN *Zeugmatensium* in laurea. Ær. 2.
A

Haec nota addenda Catalogo Eckhelii. Ad ea quae in Antonino Pio, in Trajano, in aliis Imp. probata sunt de hujusmodi literis solitariis, nihil hoc loco addere necesse est.

AVT KAI........ Caput M. Aurelii laureatum v. s.
ΘЄAC CYPIAC IЄPOΠO H in laurea. Ær. 2.

Omnes hujus Vrbis notas arith. hactenus vulgatas edidit Cl. Eckhel. Doctr. N. Tom. III p. 263, quibus addenda haec in M. Aurelio.

M. ANTΩ...... Caput M. Aurelii sine laurea, et cum paludamento ad pectus.

MH
TPOΠO
AЄΩC KAI in medio coronae. Ær. α.
CAPЄIAC
ЄT ΓI *Metropolis Caesaraea Anno XIII.*

Horum pariter Caesareae Cappadociae Metropoleos numismatum Catalogum post Bellejum nobis dedit Eckhelius D. N. T. III p. 189. Nullum tamen apud eum M. Aurelii, invenio. Hinc primus iste addendus. Notae ΓI signant annos impe-

rii, ut in reliquis aliorum Imp. editis. In hoc nostro minor nota praeponitur, major vero subsequitur. Apud Eckhel. si unum excipias Commodi nummum, in caeteris minori anteponitur major nota. Quis tamen pro certo teneat fuisse omnes ab Auctoribus accurate descriptos? Vide inferius in Commodo binos alios nummos inter se diversos, quorum singuli habent ΓΙ, minori nempe majorem praecedente.

ΑVΤΟΚΡ Μ ΑΝΤΩΝЄΙΝΟC CЄΒ Caput M. Aurelii laureatum.

ΥΠΑΤΟC Γ Cos. III. Mons Argaeus. Ær. 2.

Ad eandem Caesaream Cappadociae spectat hic nummus. Consulatum III iniit M. Aurelius A.V.C. Varr. CMXIV, eodemque anno mense Martio vita functo Antonino Pio eidem in imperio successit, assumpto sibi in collegam L. Aur. Vero. Forte editus nummus primo quoque tempore in gratulationis officium. Nam deinceps anni potius imperii notandi fuissent, cum jam eo consulatu abiisset, ut in eo, quem praemisimus factum videmus.

... Μ Α ΑΝΤΩΝЄΙΝΟC Caput M. Aurelii laureatum.

ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ *Corcyra* Neptunus stans, d. hastam, sin. pede delphino imposito. Ær. 3.

ΑVΤΟΚΡΑ Κ Μ...... Caput M. Aurelii laureatum cum paludamento.

ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ ΚΑCCΙΟC, (sic) in alio ΚΑCΙΟC. Juppiter sedens. Ær. 2.

Promiscue scribitur Jovis nomen in hisce nummis ΚΑCΙΟC, et ΚΑCCΙΟC, qui ejusdem nominis templum habuit in Vrbe ipsius Insulae Cassiope dicta, Plinio, et Svetonio in Nerone testibus.

ΑVΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟC Caput M. Aurelii barbat., et laur.

..ΟC ΚΑΤΗΒΑΤΟV ΚΥΡΡΗCΤΩΝ Id. ΔΙΟC ΚΑΤΗΒΑΤΟV *Jovis Fulgurat. Cyrrhestarum.* Juppiter scopulo insidens cum fulmine, et hasta. Ær. 2.

Alius, sed M. Aurel. facie juvenili, et in area Β. Ær. 2.

Addenda nota B Catalogo Eckhelii, quem habet T. III D. N. Vet. pag. 261.

ΑV ΚΑΙ Μ ΑVΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ Caput M. Aurelii laureat.

ΜΕΓΑΡΕΩΝ Fax oblunga erecta, amplior superne, infra subtilior, undique ornata, et ab ea emergente flamma, ante quam Ceres stolata stat, utraque manu taedas gestans. Ær. 2.

Fax a Pellerinio Pop. III Tab. CXXVII n. 3. pro Herma accepta. Excepto capite in illo caetera consentiunt. Flamma autem in nostro clarissime conspicua nullum dubitationi locum relinquit. Megara Atticae, in qua templum Cereris laniferae ex Pausania.

ΑV ΚΑΙ Μ ΑV ΒΗΡΟϹ Caput M. Aurelii laureatum, barbatum cum paludamento, et lorica ad pectus.

ΜΕΙΛΗΤΟϹ ΚΤΙϹΤΗϹ *Miletus Conditor*. Stat ipse Miletus supra navim, sin. clypeum, et hastam gerens, d. extensa fugam se arripere indicat facie retro conversa. Ær. 2. Tab. XXII. n. 174.

Typum hunc egregie explicat Ovid. lib. IX Metamorph.

Sponte fugis Milete, tua celerique carina,
Aegaeas metiris aquas, et in Aside terra
Maenia constituis positoris habentia nomen.

Strabo tamen lib. XII, et XIV scribit Miletum Sarpedone e Mileto Cretica colonos deducente conditam fuisse, cui consentit Eusthatius ad Iliad. B. Sed cum Ovidio stat Pausanias in Achaicis, et Apollodorus, et Antonin. Liberal., qui Metamorph. XXX scribit: *noctu Miletus conscenso navigio de consilio Sarpedonis in Cariam profugit, et Vrbe ibi Mileto condita Eidotheam uxorem duxit*. Vrbs ipsa in hoc nummo laudatis Auctoribus consentit, et Miletum suum Conditorem agnoscit, caeteris propterea Vrbium Conditoribus, qui ex nummis innotescunt, adjiciendum. Fuit Miletus Joniae caput, teste Plinio; *super octoginta Vrbium per cuncta maria genitrix*. Cives olim Milesii extitere ingenio clari, et

bellicis artibus instructissimi. Sed cum se deliciis dedissent fecere adagio locum *fuere quondam strenui Milesii.* πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.

Patet ex hoc nummo M. Aurelium etiam cum senesceret VERVM appellatum fuisse.

ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ ЄΥϹЄΒ ϹЄΒ... Caput M. Aurelii Caesaris pene imberbe, et sine laurea.

ΦΛ ΝЄΑϹΠΟΛЄѠϹ ϹΥΡΙ. ΠΑΛЄϹΤΙ in area hinc inde: ЄΤ ΠΗ Dea capite tutulato, inferiori parte in Dianae Ephesiae figuram desinens stat adversa facie, d. flagrum, s. binas spicas: hinc inde pro pedibus bos gibbosus. Duplex Ær. 2. Tab. XXXVIII. n. 46.

Μ ΑΥΡΗΛ ΚΑΙϹΑΡ ϹЄΒ.... Caput M. Aurelii in flore juventae sine laurea.

ΦΛ ΝЄΑϹΠΟΛЄѠϹ ϹΥΡΙΑϹ ΠΑ In area hinc inde ЄΤ ΠΗ An. LXXXVIII. Caput Jovis Serapidis cum modio in capite. Ær. 2. Tab. XXXVIII. n. 47.

De utroque vide in lib. de Epoch. Scribitur in primo ex his Palaestinae nomen per simplex Є. Editi hujusmodi nummi nondum vita functo Antonino Pio patre.

.... Κ Μ ΑΥ ΑΝΤΩΝЄΙΝΟϹ Caput M. Aurelii laureatum.

ΝΙΚΑΙ.... *Nicaeensium.* Caput muliebre turritum, vinctis retro capillis peculiarem in modum. Ær. 2.

ΑΥΤ ΚΑΙ Μ ΑΥΡ ΑΝΤΩΝЄΙΝΟϹ Caput M. Aurelii laureatum.

ΝЄΙΚΑΙЄΩΝ Ara, in qua serpens. Ær. 3.

ΑΥΤ Κ Μ ΑΥΡ ΑΝΤѠΝЄΙΝΟϹ ΑΥΓ Caput M. Aurelii laureat.

ΠΑΓΑΙѠΝ Diana venatricis habitu brevi cum cothurnis in pedibus, et pharetra ad hum. d., facem accensam utraque manu gestat. Ær. 3. Tab. XXII. n. 175.

Soli hactenus innotescunt hujus Vrbis nummi Imper. Commodo, et Sept. Severo dicati, quibus jam adjiciendus hic noster. Idem fere in omnibus typus aversae partis, quem tamen Froelichius in IV Tent. de Cerere ovifera, sine lanifera interpretatus in suam deinceps sententiam pertraxit Pelleri-

nium Pop. III p. 253, Neumann. T. II, postremo Eckhel. D. N. T. II p. 225. Sed in errorem abreptum fuisse suspicor Froelich. ob symbola Dianae cum pharetra, quae in nostro clare conspiciuntur. Froelichii conjecturae occasionem praebuerat narratio Pausaniae de templo Cereris oviferae, sive laniferae, quod apud Megarenses celebre erat; Pagaei vero, ut scribit Plinius lib. IV c. VII, *erant contributi Megarensibus*. Hinc etiam in suo Sept. Severi nummo Froelichius sibi videre videbatur arietem esse animal illud, quod erat ante Cereris pedes decurrens. Constat autem magnum fuisse in eo tractu lanae parandae studium, memoratque Eckhelius in hanc rem lepidum Diogenis Cynici dictum, ex Laertio in ejus vita, qui cum apud Megara videret oves pellibus tectas, eorum vero filios nudos, praestare ajebat, esse Megarensis civis arietem, quam filium. Sed haec omnia, quae ingeniose animadvertuntur, locum jam habere nequeunt in Dianae typo, qui alteri Cereris proculdubio substituendus, quemadmodum etiam loco arietis venaticum canem in Froelichii nummo agnoscere oportet. Vnum denique hic adjicere minime omittam: Cererem oblongis vestibus, quaeque flamine sinuantur, in nummis exhiberi consuevisse, etiam cum utraque manu facem accensam gestat. Dianae typum non multum a nostro absimilem vide in nummo Sept. Severi Megarensium Tab. XXV fig. 220, tum in altero, Ful. Plautillae, quem ab Ægyra Vrbe editum ex Museo n. jam vulgavit Cl. Sestin. T. V Epist. pag. XIX. Vide illum Tab. XXVII. n. 255.

ΑVΡ ΚΑΙϹΑΡ Caput M. Aurelii laureatum.

ΠЄΡΓΑΜΗΝΩΝ Æsculapius stans cum attributis. Ær. min.

ΑVΤ ΚΑΙ Μ ΑVΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ Ϲ Caput M. Aurelii laureatum cum paludamento.

ΠЄΡΓΑΙΑϹ ΑΡΤЄΜΙΔΟϹ Templum distylum, in quo ingens saxum, superne in coni figuram desinens cum symbolis utrimque Solis, et Lunae, in imo vero duplex vas, basi impositum. Ær. m. Tab. XXII. n. 176.

Alterum similem indicat Eckhel. ex Mus. Caesáreo D. N. T. III p. 13 Septimii Severi; Gordiani vero alterum exhibet Arigon. Tab. IX eorum, qui sunt m. m.

M ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΟΥΗΡΟϹ ΚΑΙϹΑΡ Caput M. Aurelii Caes. nud.
ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ Diana stans, d. taedam, s. arcum. Ær. 2.

M ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΟΥΗΡΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. Caput juvenile nudum.
ΠΡΟΥϹΙΕΩΝ ΠΡΟϹ ΥΠ Fluvius jacens, d. ramum expansis frondibus, s. cornucopiae, et innititur urnae aquam vomenti.

Consentit Ptolemaeus cum hoc nummo, et altero simili apud Haymum Parte II pag. 287, quod haec Vrbs Bithyniae πρὸς τῷ ὑπίῳ ποταμῷ sita esset. Nec obstat quod ait Plinius lib. V *Prusa item altera sub Hypio monte*, itemque Scholiastes Apollonii scribens *Hypius vocatur, quod a sublimibus deferatur montibus*. Rectissime enim se habet, quod Prusa sub Hypio monte posita esset, a quo sublimi fluvius ejusdem nominis originem suam duceret, eamque in descensu allueret. Distingue πρὸς, et ἀπὸ, atque omnis difficultas evanescet a Numismaticis proposita, utrum Vrbs haec ad montem, an ad fluvium Hypium sita esset.

..... ΟΚΡΑ ..... ΑΝ..... Caput M. Aurelii laureatum.
ΚΟΙΝΟΝ ΠΟΝ. Ο... In imo ЄΤ ϤΗ A. XCVIII. Templum tetrastylum, et in ejus medio mensa cum ornamentis, supra quam impositum vas: hinc inde inter columnas duo signa nuda stant supra cippum cum hastis, seque respiciunt, quae Dioscurorum simulacra esse videntur. Ær. 2.

Editus iste sine ulla mentione Vrb. Neocaesareae, ut in hactenus editis. In eo Vaillantii cum eisdem notis ϤΗ aversa offert simplex templum 4 columnarum; differt itaque iste ab eo quo ad utramque partem, ac peculiariter exprimere videtur totius Communitatis Ponti Polemoniaci nomine editum fuisse hunc nummum, ludosque celebratos primo quoque tempore, post nuntium in Ponto acceptum de obitu Antonini

Pii, et M. Aurelii electione, quoniam notae s. s. qH ad ipsa M. Aurelii imperii auspicia referendae, ut probatum invenies in Lib. saepe cit. de Epochis.

AV K M ANTΩNIN Caput M. Aurelii laureatum.

CYЄΔPЄΩN Pallas galeata stans, d. victoriolam, sin. hastam. *Syedra* in Pamphylia. Ær. min.

.... M ANTΩN .... Eques gradiens supra pontem. Legendum videtur. M. ANTΩNINOC etc.

... INOC in zophoro templi X columnarum. In area hinc inde TA. OV ad latera templi. In imo KIAIKIAC. Supple KOINOC TAPCOY etc. Ær. min.

Nummus temporum injuria male habitus. Ad M. Aurelium spectare videtur, in nummis enim non semel inscribitur M ANTΩNINOC etc. Vide Pell. Mel. II, et Catal. Theupol. Simile templum cernitur paulo infra in nummo filiorum ejus, qui ex Faustina gemini nati fuerant.

AV. KAI M AVPHΛ ANTONЄINOC Caput M. Aurelii laureatum, pectore loricato.

HΓ.. TOYΛΛ MAΞIMOY AVΓOVCTHC TPAIANHC. *Praeside Tullio Maximo Augustae Trajanae*. Porta Vrbis tribus munita turribus, quarum quae media eminentior. Ær. 1.

Augusta Trajana, quae et Trajanopolis Thraciae ad Hebrum fluvium a Conditore nomen sibi indidit.

AVT KAIC M AVP ANT .... Caput M. Aurelii laureat.

ΦA XAΛKIΔЄΩN HΛIOCЄIP .... Figura juvenilis stolata stans supra basim sin. respiciens, capite cum pileo acuminato, d. oblongum forte palmae ramum, sin. clypeum, simulque hastam gerit, in imo Cometa caudata. Ær. 2.

Alius, sed figura in aversa parte cum capite radiato, et astro brevius caudato ...... IOCЄIPOC. Ær. 2. Tab. XXII. fig. 177, sed astro non recte expresso, vetante tunc coeno, sive aerugine.

Ex his duobus certa, atque integra emergit lectio ΗΑΙΟ-ϹЄΙΡΟϹ, de qua nondum inter Numismatioos quid certi afferebatur. Nam Vaillantius in simili Trajani legebat ..... ЄΙΡΟΥ, Harduinus vero in eodem ЄΠΙ ϹΩΤЄΙΡΟΥ. In similibus alii aliter. In primo ex nostris quamvis prima litera post nomen Vrbis deficiente margine dimidiata appareat, non alia esse deprehenditur, quam H. In simili etiam Antonini Pii apud Arigonium T. I. Ser. II. Imp. Tab. III. n. 47 legitur ΦΛ ΧΑΛΚΙΔЄΩΝ Η ...... quod hujus nostri lectionem confirmat quo ad primam lit. H. Apud Svidam Σείρ, σειρὸς Solem significat. Idem etiam addit: Σείριον τὸν κύνα, οἵτε δὲ ϗ τὸν ἥλιον: Ἴβυκος δὲ πάντα τὰ ἄστρα σείρια λέγει. Servius explicans ea Virgilii 10. Æneid.

Non secus ac liquida, si quando nocte Cometae
Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor.

Ad hanc stellam, inquit, *Sol mense Iulio veniens duplicat aestus*. Ea vox itaque explicanda *de Sole Sirio*, sive *caniculari*, quem peculiari cultu prosequerentur Chalcidenses, cujus simulacrum apud ipsos erectum in nummo expressum dederint. De astro Sirio, sive caniculari vide etiam quae habet Eckhelius in Vrbe Cea T. II. D. N. V. p. 326. Videndus etiam Cl. Sestin. Descript. N. V. p. 512 ubi docet, qui merito cum Neumanno nummi ad hanc Vrbem Syriae potius, quam ad illam Euboeae sint referendi. Additur in horum primo astrum cum cauda longiori, cum breviori vero in secundo, quod notandum ex Servii interpretatione in Virgilium, licet in iconismo male expressum fuerit.

NVMMI AEGYPTII

M. Aurelii Caesaris cum notis imperii Antonini Pii.

Μ ΑΥΡΗ ΚΑΙϹΑΡ LΗ Caput M. Aurelii Caesaris facie imberbi sine laurea, et cum paludamento ad pectus.

ANTωNINOC CЄB ЄVCCЄB (sic) Caput Antonini Pii laureatum. Arg. 2.

Editus iste intra annum V. C. Varr. DCCCXCVII, et DCCCXCVIII ex die XXIX augusti, quo tempore numerabatur an. VIII Ægyptiacus Antonini Pii, cum annum ageret Aurel. Caesar XXIV, vel XXV. Natus enim erat a. d. VI Kal. majas A. V. C. DCCCLXXIV. Antoninus autem Pius decedente Hadriano die X. mensis Julii solus imperium obtinuit A. V. C. DCCCXCI. Unicum huic similem arg., sed cum L Z edidit Zoega ex Mus. Theupol., cui iste addendus. Notandum sphalma Monetarii de duplici CC in titulo Pii ЄVCCЄB. Quod potius admittendum, quam dividere ЄVC CЄB, ut factum supra in Antonino Pio p. 234.

M AVPHΛIOC KAICAP Caput M. Aurelii sine laurea leniter barbatum.

L ΔUΔЄKAT An. XII. Spei typus cum flore in d. Ær. 2.

AVPHΛIOC KAICAP Caput imberbe crispis capillis sine laurea, et cum paludamento.

L IZ A. XVII Duo serpentes cum flore in capite, exilior unus, et barbatus, crassior alter, erecti sese respiciunt: hic sistrum, ille caduceum cauda circumplicata gestat. Ær. 2.

Bini quoque hi nummi Catal. Zoegae addendi.

Nummi Marci Aurelii Aug. cum ipsius imperii annis.

M AVPHΛIOC ANTωNINOC CЄ Caput radiatum, et barbat.

L Є An. V Canopus cum calantica in vertice basi impositus. Ær. 3.

Caput barbatum M. Aurelii epigraphe deleta.

L ς An. VI Nilus jacens substrato Crocodilo, s. arundinem, d. cornucopiae, in quo puerulus coronam ad Nilum conversus porrigit. Ær. 1.

..... HΛIOC ANTωNINOC Caput laureat. barbatum.

L IΘ An. XIX Æquitatis typus cum bilance. Ær. 2.

Vnicum sub hoc anno edidit Zoega in suo Catal., cui propterea hic noster jungendus. Postremi temporis Marci Aug. sunt rarissimi, et aliqui plane desunt, ut cum L IΔ, L IH; annus vero iste L IΘ supremus ex hactenus editis, quamvis ille L K, annum XX Ægyptiacum attigerit. Ab ineunte enim martio anni V. C. Varr. CMXIV, quo decedente Antonino Pio M. Aurelius imperii habenas, collega L. Vero moderari coepit, ad diem usque XVII martii A. V. C. Varr. CMXXXIII, quo vitam cum morte commutavit, vigesimus annus Ægyptiacus numeratur ex Neomenia Thoth, sive ab expirante augusto anni praecedentis. Sperandum itaque et annum XX L K aliquando proditurum, ut modo nummus alter nunc primum prodit cum anno XIX, L IΘ.

NVMMI COLONIARVM

.... ANTONINVS AVG Caput M. Aurelii laureatum. In alio caput radiatum.

COL BER SEC SAEC *Colonia Berytus Securitas Saeculi*. Neptunus stans pede d. saxo imposito, d. delphinum, laeva tridentem. Duplex Ær. 2.

... M AVR ANTONINVS AVG Caput M. Aurelii sine laur.

COL PRIMA FL AVG CAESAREA. Caput Serapidis calatho ornatum, In alio legitur CAESAREIA. Ær. 2.

IM AVR ANTONINVS AVG Caput M. Aurelii laureatum cum lorica ad pectus.

C L I COR Vir nudus stans, d. icunculam gestat, laeva palmam, pone eum arbor, et Melicerta delphino substratus. Ær. 2.

M ANTO..... VG Caput M. Aurelii laureatum cum modica barba.

COL A A PTAR (sic) *Colonia Augusta Aroe Patrensis*. Apollo nudus cippo impositus, d. parvam figuram, sin. demissa laurum. Ær. 3.

.... ANTONIN C AVG TR P X..... Caput M. Aurel. laur.
RPLM
MEON
IPMISA
JNI Omnia in medio coronae. Ær. 1.
....

Oedipo opus est pro hujusmodi epigraphe recte interpretanda. Non erat tamen omittenda, si quid subsidii deinceps ab aliis nummis peti poterit ad eandem explicandam.

ANNIA. FAVSTINA. AVG. IVN

.... TEINA CЄBACT.:. Caput Faustinae jun. v. d.
ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ Mulier stolata stans, d. pateram super aram, s. cornucopiae. Ante faciem in area parvus serpens. Ær. 3.

Frequens in hujus Vrbis Thraciae nummis non unius modo, sed duplicis etiam serpentis symbolum. Vide in meis infra Gordiani Pii.

ΦΑVCTEINA CEBACT... Caput Faustinae jun. Aug.
..ΠΙ. ΑΙ. CEYHPOY BYZANTIΩN Binae pelamides intermedio delphino. Ær. 3.

In altero M. Aurelii apud Vaill. magistratus est ΕΠΙ ΑΙΜ. CEYHPOY. In isto, qui integerrimus, *Livii*, vel *Licinii* vel alterius similis nomen praefertur.

ΦΑVCTINA CЄΒΑCTH Caput Faustinae jun.
ΑΡΤЄΜΙC ЄΦЄCIA Diana Ephesia cum fulcris, et cervis, tutuloque grandiori in capite. Ær. 1. Tab. XXII. num. 179.

ΦΑVCTЄΙΝΑ CЄΒΑC.... Caput Faustinae jun.
ЄΦЄCIΩN. Β. ΝЄΟ Victoria gradiens cum corona, et palma. Ær. 3.

ΦΑVCTINA CЄΒΑCTH Caput Faustinae junioris.

ΑΔΡΙΑ ΜΟ+ΕΑΤ. In imo ЄΤ ΑC. An. CCXXX Media fluvii figura extensis brachiis. Ær. 3. Tab. XXII n. 180.

Cl. Vaillantius in uno hujus Vrbis nummo Macrini refert notas chronol. EOC, A. CCLXXV. In meo simili, et in altero Diadumeniani, utroque integritate praestanti, clarissime sese offerunt notae EΠC, quos vide suo inferius loco. Hinc alia instituenda erunt ratiocinia, etiam si admittenda sit lectio Vaill. in suo, et in altero Plautillae, de quibus vide in Lib. de Epochis. Caeterum in quacunque hypothesi, in simili apud Cl. Sestinium Tom. IV Epist. pag. 119, neque legendum AC, idest An. CCI, nec Faustinae seniori adscribi potest, ut ibidem demonstratum invenies.

.... ΤЄΙΝΑ CЄΒ ЄΥCЄ. CЄΒ Α..... *Faustina Augusta Pii Aug. filia*. Caput Faustinae jun.

:..ΝЄΑCΠΟΛЄωC CΥΡΙΑC.... In area hinc inde: ЄΤ ΠΗ Anno LXXXVIII. Dea velata stans expansis manibus. Supra caput parvum templum, et ad pedes cervi. Ær. 2. Tab. XXXVIII. num. 48.

ΦΑΥCΤЄΙΝΑ CЄΒ ЄΥCЄΒ CЄΒ.... Caput Faustinae jun.

ΦΑ ΝЄΑCΠΟΛЄωC CΥΡΙΑC ΠΑΛΑΙCΤΙ ЄΤ ΠΗ Anno LXXXVIII Mulier stolata stans, d. navis gubernaculum, s. cornucopiae. Ær. 1. Tab. XXXVIII. n. 49.

Faustina quod esset Antonini Pii filia, semper Aug. dicta est, et antequam M. Aurelio in matrimonium tradita esset, et ille imperium obtinuisset. Hinc ex solis ejus nummis nihil inferas de epochae cardine.

Alius similis, sed Ær. 2.

ΦΑΥC..... ЄΒΑCΤΗΝ Caput Faustinae jun.

ΦΑ ΝЄΑCΠΟΛЄ.... ΡΙΑC ΠΑΛΑ In area hinc inde ЄΤ Ϥ Anno XC. Diana Polymmamia tutulata cum duobus cervis hinc inde ad pedes, utraque manu fulcris sustinetur. Ær. 3. Tab. XXXVIII fig. 50.

De epocha hujus Vrbis vide in lib. n. de Num. Imp. cum notis chronol.

ΦΑVCTЄΙΝΑ CЄΒΑ ... Caput Faustinae jun.

ΝЄΙΚΟΜ ... ΜΗΤ ΝΕΩ *Nicomediae Metropol. Neocorae*. Venus seminuda cum solito ornatu capitis rupi insidens, cui sin. innititur, d. pomum gerit. Ær. 2.

ΦΑVCΤΕΙΝΑ CΕΒΑCΤΗ Caput Faustinae jun.

ΝΙΚΟΜΗΔ .... ΕΩΚΟΡΟΥ *Nicomediae Neocorae*: Venus rupi insidens, d. vas, s. rupi innititur. Ær. 3.

ΦΑVCΤΙΝΑ CЄΒΑCΤΗ Caput Faustinae jun.

CΤΡ ΑΚΥΑ Δ ΤΗΜΝ *Aquilio Praetore quartum Temnitarum* in Aeolide. Pallas galeata stans, d. victoriolam, sin. spiculum cum clypeo. Ær. 3. integerr. Tab. XXIII. n. 181.

Alium Faustinae sub hac Vrbe profert Pell. Mel. II p. 97, sed cum Æsculapii typo, et sine Praetoris nomine. Notandum in hoc nostro quod *Aquilius Praetor*, illud munus quarto iteraverit. Raro ex nummis id evenisse deprehenditur; exemplum tamen in M. Aurelio attulimus de Dionyso Archonte VI Byzantiorum, de quo vide suo loco.

NVMMI AEGYPTII

ΦΑVCΤΙΝΑ CЄΒ Caput Faustinae jun.

L ЄΝΔЄΚΑΤΟΥ Anno XI. Mulier stolata stans, d. coronam, s. vestem elevat. Ær. 2.

Addendus iste Catalogo Zoegae.

Notae chronol. in nummis Ægyptiis Faustinae jun. incipiunt sub Antonini Pii imperio. Et revera in hisce Faustinae reperiuntur notae ΚΒ an. XXII, quae biennio excedunt imperandi tempus M. Aurelii, cujus nummi Ægyptii hactenus editi cum notis imperii desinunt in L ΙΘ.

ΦΑVCΤΙΝΑ CЄΒΑCΤΗ. Caput Faustinae jun.

L ΙΓ Anno XIII. Serpens crassior erectus inter spicas, et papavera. Ær. 4.

NVMM. COLON.

FAVSTINA AVG Caput Faustinae jun.

DD in area; in margine vero COL.... DIENSIS *Col. Jul. Aug. Diensis* in Macedonia. Juppiter paludatus stans, d. pateram, s. hastam, pro pedibus aquila. Ær. 3. Tab. XXIII. n. 182.

Admodum rari sunt nummi Faustinae jun. in Coloniis signati. Vnicum profert Caesareae Palaest. Vaillantius, alterum Col. Patrensis Catal. Theup., quos etiam vulgavit cum iconismo Pell. Mel. I. p. 281. Tab. XVII n. 7. 8, addito insuper tertio Col. Sinopes. Hisce addendus hic noster, ex quo nunc primum innotescit Coloniam Dium, quemadmodum Antonino patri, ita et filiae M. Aurelii conjugi nummos dedicasse.

ANTONINVS GEMINVS ET COMMODVS EX M. AVRELIO ET FAVSTINA IVNIORE FRATRES GEMELLI

ΚΟΡΟΙ ΣΕΒΑCΤΟΥ Capita duo puerilia se respicientia sine corona, intermediis caduceo, et astro. In hoc nostro legendum videtur CΕΒΑCΤΟΥ, ut in fig.

ΚΟΙΝΟC ΚΙΛΙΚ ΤΑΡ COΥ ΜΗΤΡΟΠ ..... Templum decem columnis suffultum, in cujus fronte aquila. Ær. 3. Tab. XXIII. num. 183.

Parum dissimiles afferunt Vaillantius, et Pellerinius, quorum primus in suo sibi videre visus est capita M. Aurelii, et L. Veri; Pellerinius vero in eo, quem etiam delineatum exhibet Pop. III pag. 237, Caracallam, et Getam agnoscit. Vaillantii conjecturam evertunt facies utriusque plane pueriles, laudabilior altera Pellerinii sententia. Sed ego qui-

dem jure conjicere posse videor hosce nummulos ad M. Aurelii familiam pertinere, et in hoc nostro agnoscendos esse binos fratres, et quidem gemellos ex Faustina jun., et M. Aurelio uno tempore genitos. Quod enim exemplo Dioscurorum vocentur ΚΟΡΟΙ Augusti, idque proprio in sensu exprimat geminos fratres; quod gemella proles nulli alteri ex Imperialibus familiis, praeter quam M. Aurelii convenire possit, quod denique alia plura accedant argumenta in hujus conjecturae confirmationem, me ad hoc judicium ferendum non sine justa causa impelli sentio. Primum illud, quod Orientales Provinciae, et Civitates plura hujus generis numismata edenda curaverint, quibus peculiariter M. Aurelii familiae id obsequii praestitum videmus, ut docent tot nummi, in quibus mentio CΥΡΙΩΝ ΚΑΒΙΡΩΝ apud Vaillantium, Pellerinium, Haymium, aliosque. Secunda vero, potiorque ratio: quod M. Aurelius ob ejus perspectas virtutes, toto orbe Romano plaudente, Antonino successisset; quodque in ipsomet principatus exordio, sextoque vix mense a suscepto imperio, tanquam ad generis humani felicitatem Aurelio ex Faustina nati fuissent *Commodus*, et frater *Antoninus Geminus* prid. Kal. Septembris patre, patruoque Consulibus, ut testatur Lampridius initio vitae Commodi, eamque ob causam festa, ludique solemnes ubique terrarum in laetitiae signum peracti fuerint, ut etiam apud Tarsenses factum indicat vox ΚΟΙΝΟC, quae de agone, ac certaminibus ibidem celebratis interpretanda: haec sane justo sunt argumento, ut in nummo nostro Antonini gemini imaginem cum ea M. Aurelii Commodi conjunctam agnoscamus, nummumque editum putemus primo quoque tempore, ex quo Faustina utrumque in lucem ediderat. Astrum in medio innuere videtur infantes sub eodem sidere ortum habuisse, caduceus vero pacem imperio, stabilitatemque portendere.

Alter ex gemellis *Aur. Commodus* nomine ille est, qui postea Caesar factus, ac decedente patre eidem in imperio

successit, *Antoninum* vero *geminum* laud. Lampridius testatur *quadrimum fuisse elatum*. Extitit itaque tempus satis diuturnum, quo suae observantiae, suaeque letitiae signum Tarsenses patri exhibere potuerint. *Biennio post Commodum*, narrat idem Lampridius, *tertium M. Aurelio ex Faustina natum Annium Verum*, eumque *vix trimulum*, vita functo Antonino Gemino, caesarea dignitate ornatum fuisse cum fratre Commodo. Nulla in hoc nostro nummo Caesareae dignitatis mentio habetur. Ex quo sequitur: si imagines, de quibus agimus, referendas quis vellet Annio Vero, et Commodo, fatendum esse editum fuisse nummum ante quam Annius Verus annum aetatis tertium ingressus esset, vel certe illum complevisset. Quo posito ipse aequiori jure reponam nummum ipsum Antonino gemino adjudicandum fore, quod in ipsis imperii M. Aurelii auspiciis natus esset, et una cum M. Aurelio Commodo gemello, et annum quartum vitae suae attigerit. Cum simili templo vide supra alterum Aurelio patri dicatum.

L. VERVS AVG

AVT K A AVP... OC CЄB Caput L. Veri laureatum. Legendum *Imp. Caes. Luc. Aurel.* etc.

KS CA Omnia intra coronam, supra quam lauri ramus.

ΓI Ær. 2. Numm. Antiochiae signatus.

Addendus iste Catalogo, quem exhibet Cl. Sestin. T. IV Epist. Num. p. 38. Notae arithmeticae ΓI nihil ad annos imperii L. Veri attinent; superant enim quadriennio integrum ipsius imperandi tempus.

A AVP..... HPOC C Caput L. Veri laureatum cum paludamento ad pectus.

APΓЄIΩN Caput Jovis laureatum. Argos Vrbs Argolidis. Ær. 2.

Jovis, ut et Junonis cultum in hac Vrbe manifestant ludi, qui in ea celebrabantur, narrante Pausania lib. II c. 24 *Argis prope arcem esse stadium, in quo Jovi Nemaeo, et Junoni ludi peraguntur*: Hinc etiam in nummis HPAIA, NЄMЄIA, et non uno in lapide THN ACΠIΔA HPAC, quod esset clypeus, certaminis praemium.

OVHPOC KAI CЄB Caput L. Veri laureatum cum modica barba.

ΓAZA ΘKC Gazensium Anno CCXXIX. Mulier tutulata stans, d. hastam, s. cornucopiae, pro pedibus bucula jacens. Ær. 3. Tab. XXIII. n. 184.

De notis hujus nummi vide in lib. n. de Num. cum not. Chronol. etc.

.... OVHPOC C... Caput L. Veri radiatum.

ΘЄAC CYPI

AC IЄPOΠO intra lauream. Ær. 2.

A

AVTO KAI ΛOYK AVP......OC CЄ Caput L. Veri radiat.

ΘЄAC CYPI

AC IЄPOΠO intra lauream. Ær. 2.

Є *Deae Syriae Hieropolit. Cyrrhesticae*:

Addendus uterque ob notas A, Є Catalogo hujus Vrbis, quem adornavit Eckhel. D. N. T. III p. 263.

Caput L. Veri epigraphe vitiata.

.... Ѡ APΓAIѠ ЄT Γ idest KAICAPЄΩN ΠP TѠ APΓAIѠ *Caesarensium, qui sunt ad montem Argaeum*. An. III. Mons ipse Argaeus. Ær. 2.

In nummis etiam Antonini Pii, M. Aurelii, aliorumque subsequentium Imperatorum habetur epigraphe KAICAPЄѠN ΠP TѠ APΓAIѠ, quae ubi sita esset haec Vrbs Cappadociae designat. Eckhelius horum omnium numismatum Catalogum cum annis imperii post Bellejum exhibet T. III p. 188. Eos autem L. Veri praetermisisse miror cum notis B, Γ jam a Vaillantio editis, quae postrema etiam in hoc nostro legitur.

..... OVHPOC CЄBACT Caput L. Veri laureatum.

.... TAIBATOY KYPPHCT... In area B *Jovis fulguratoris Cyrrhestarum*. Juppiter insidens rupibus, d. fulmen, s. hastam, ad pedes aquila. Ær. 2.

In Catalogo Eckhelii T. III D. N. p. 261 nota ista desideratur.

...... AVPH OVHP APME ΠAP Imp. L. *Aurelius Verus Armeniacus Parthicus* Caput L. Veri laureatum.

NΕIKAIEΩN Capita Serapidis, et Isidis jugata, ille cum modio, haec cum loto in capite. Ær. 1.

Etiam in nummo M. Aurelii pariter Nicaeensium conspiciuntur capita adversa Isidis, et Serapidis, quibus horum quoque Numinum cultus apud eam Vrbem extitisse comprobatur. De aliis numero pluribus ejusdem Vrbis conditoribus, vel praesidibus, quorum imagines in publica ipsorum moneta inveniuntur, ne heroas, virosque illustres eodem honore ab ipsis affectos commemorem, vide Eckhelium D. N. T. II p. 424.

AVT K Λ AVP OVHPOC NIKOM *Imp. Caes. L. Aurel. Verus Nicomediensium*. Caput L. Veri sine laurea.

AVT KAI M ANTΩN... Caput M. Aurelii radiatum. Ær. 2. Tab. XXIII. n. 185.

A K· Λ AVP OVHPOC CЄB Caput L. Veri laureatum.

Φ CAM IЄP ACY AVT ЄT AY MHT KOM Annum signant notae CDI. Mulier turrita rupi insidens cum fluvio natante ad pedes. Ær. 2. Tab. XXXVIII. n. 51.

De epocha vid. in lib. n. saepe cit.

NVMMI AEGYPTII

A AVPHΛ OVHPOC CЄ *L. Aurelius Verus Aug.* Caput L. Veri radiatum.

L Γ Anno III Equus currens, in cujus dorso serpens exilior erectus capite barbato, et cristato. Ær. 2.

A AVPHAIOC OVHPOC CЄB Caput L. Veri sine laurea.

L Г An. III. Caput Serapidis cum laurea, et modio in vertice cippo impositum inter lunam, et solem. Ær. 1. Tab. XXIII. n. 186.

A AVPHA OVHPOC Caput L. Veri laureatum.

L Г An. III Serpens crassior erectus stans, caput habens Serapidis tutulo ornatum, medius inter caduceum, et spicam. Ær. 2.

Nummus iste cum superiori probat maximum cultum, quo Ægyptii Serapidem prosequebantur.

.... AVPHAI OVHPOC CЄB Caput L. Veri laureatum sine paludamento v. d.

L Δ An. IV Caput Solis diadematum radiatum, et chlamyde ornatum ad hum. d. respiciens. Ær. 2.

ANNIA LVCILLA AVG

AN AOVKYAAA CЄBACTH *Annia Lucilla Augusta*. Caput Lucillae Aug. Nomen Lucillae scriptum cum Y.

BYZANTIΩN Є ΘЄ ΦAVCTINHC Neptunus nudus sinistro pede saxo imposito, d. tridentem, s. ancoram gerit. Ær. 2. Tab. XXIII. n. 187.

Inter eos, quos a Byzantiis editos ЄΠΙ ΘЄAC ΦAVCTINHC recenset Eckhelius D. N. T. II pag. 29 nummus iste desideratur, qui propterea ejus Catalogo addendus.

ANNIA AOVKIAAA CЄB *Annia Lucilla Aug*. Caput Lucillae Aug.

BYZANTIΩN ЄΠ.. ΠONTIK... H Supple ex Vaillantio ЄΠΙ AI ΠONTIKOY. H Bacchus nudus, d. cantharum, s. thyrsum. Ær. 2.

Typus iste ab eo, quem profert Vaillantius, diversus. De nota H, quae haud equidem de iterato Archontis munere cum Vaillantio interpretanda, sed de Pontici cogno-

mine, vide quae a nobis allata sunt in nummo pariter Byzantiorum M. Aurelii.

ΛΟΥΚΙΛΛΑ CЄΒΑCΤΗ Caput Lucillae Aug.

ЄΥΙΠΠЄΩΝ *Evhippe* in Caria. Mulier stolata stans, d. demissa, s. pateram, vel quid aliud. Ær. 3. Tab. XXIII. num. 188.

ΕΥΙΠΠΗ dicitur Stephano de Vrbibus δῆμος Καρίας: *Evhippe populus Cariae*. Obscurus locus Plinii, ubi lib. V cap. XXIX sic habet: *Intus et Thyatira alluitur Lyco, Pelopia aliquando, et Evhippa*, sive, ut habet lectio in margine, *Evhippia cognominata*. Nam ea phrasi indicare videtur *Pelopiae*, et *Evhippiae* cognomina ad Thyatiram esse referenda. Ac revera Stephanus de Vrb. Thyatiram prius Πελόπειαν appellatam fuisse testatur. Illud satis exploratum censeo ex nummo nostro Evhippen Oppidum extitisse a Thyatira diversum; nam haec semper proprio nomine appellatur in nummis ab Augusto ad Valerianum. Hinc Evhippae nomen Catalogo Vrbium, quae ex nummis constant adjiciendum. Hunc ipsum edidit Cl. Sestin. Epist. Numismat. T. V pag. XXVI.

M AVRELIVS COMMODVS

ΑΥ Κ. . . . . ΔΟC Caput laureat., et barbatum Commodi.

ΑΙΖΑΝЄΙΤΩΝ Fortuna stolata stans, d. navis gubernaculum, s. cornucopiae. Ær. 3.

Vide alterum supra in Claudio.

. . . . . ΔΟC ΚΑΙCΑΡ Caput juvenile Commodi Caes.

ΑΜΦΙΠΟΛΕΙΤΩΝ Diana tauro vecta expanso supra caput velo. Ær. 3.

Opibus numismaticis haec Vrbs Macedoniae maxime abundat.

ΑΥΤΟΚ Μ ΑΥΡ ΚΟΜΜΟΔΟΝ ΑΥ Caput Commodi laureatum.

ANEMOYPIEΩN ET ΓΙ Caput turritum, et velat. Ær. 2. Ex schedis meis.

Anemúrium Ciliciae asperae promontorio adjacens ejusdem nominis. Addendus iste cum An. imperii XIII iis, quos recenset Eckhelius sub hac Vrbe.

M AV KO..... ΔΟC *M. Aurelius Commodus* Caput Commodi laureatum.

ANTIOXEΩN *Antiochenorum* Cariae. Bacchus habitu muliebri stans columnae innixus, d. cantharum, sin. thyrsum, ad pedes panthera. Ær. min.

AV KAI M AVP KOMMOΔOC Caput laureatum Commodi.

AΠΟΛΛΟΝΙΑΤΑΝ *Apolloniatarum*. Seruus canistrum frugibus plenum in capite gestans, sin. baculum. Ær. 3. Tab. XXIII n. 189.

Omnes hujusmodi nummos sic dorice inscriptos AΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ merito Eckhelius Apolloniae Illyrici adscribendos statuit, quem consule D. N. T. II p. 154. Peculiaris est typus aversae partis.

M AVP KOMM.... Caput Commodi barbat. laureatum.

APΓEIΩN Aquila stans expansis alis. Ær. 3. Vide similem in Hadriano.

M AVP KOM... ANT YIOC CE Caput juvenile Commodi cum paludamento.

BOCTPΩN Caput Serapidis cum modio in vertice in medio coronae. Ær. min.

Ex Sched. meis.

Bostra Arabiae Petreae, cujus historiam, nummosque fuse descripsit Bellejus B. L. T. XXX. p. 307.

AV K Λ...... KOM...... Caput Commodi laureatum.

EIΩ ΓΑΖΑ In imo EMC An. CCXLV Io, et Genius Vrbis dex. jungunt, signo Gazae intermedio. Dupl. Ær. 3. Tab. XXXVIII n. 45.

Emendanda lectio in iconismo anterioris partis, ut su-

pra, et in posteriori demenda lineola in not. M. De epocha vide in lib. saepe cit. de Epoch.

ΑΥΤ ΚΑΙϹ Α ϹΡ, sic scriptum loco ΑΥΡ ΚΟΜΟΔΟϹ Caput juvenile Commodi Caesaris sine laurea cum paludamento.

ΔΙΟΚΑΙϹΑΡΕΩΝ ΚΕΡΕΤΑΠΕΩΝ *Diocaesareaens. Ceretapensium*. Cybele sedens inter duos leones, sin. tympano innititur. Ær. m. Tab. XXIII. n. 190.

Vaillantius duarum Vrbium concordiam in hoc numismate agnoscit; Eckhelius vero D. N. T. III p. 149, praeeunte Holstenio, unam esse arbitratur Ceretapen Phrygiae Vrbem, quae alterum Diocesareae nomen, honoris ergo, sibi assumpserit. Sed ipse quidem Vaillantio potius assentiendum puto. Ceretapen enim in caeteris omnibus nummis hactenus editis suum simplex nomen perpetuo retinuisse videmus nullo altero honorificentiae titulo adjecto. Vnum videsis in Antonino Pio, binos in Imp. Commodo, totidem in Septimio Severo: omnes extant apud Vaillantium. Quibus adde sextum ipsius Vaill. in eodem Commodo, in quo legitur ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ ΚΕΡΕΤΑΠΕΩΝ ΟΜΟΝΙΑ. Haud equidem verisimile videtur, quod si aliquando haec Vrbs sibi nomen alterum indidisset, non etiam illud deinceps in sua moneta inscribendum curasset, praesertim sub eo Imperatore sub quo illud idem usurpare coepisset. Atqui istud abest in tribus ipsius Commodi nummis, ac duobus Septimii Severi; itaque omni justo fundamento caret Eckhelii opinio. Quanti vero facienda sit ipsius objectio, quod in hoc nummo desideretur vox ΟΜΟΝΟΙΑ, atque una Cybelis figura extet in aversa parte, suadere possunt tot numero similes nummi, in quibus, etsi minime dubitare fas sit, quod in iis designari voluerit concordia duarum Vrbium; tamen omittitur suprascripta vox ΟΜΟΝΟΙΑ, et in posteriori parte unica tantum figura exhibetur, quod esset utriusque Vrbis tutelare numen. Satis erit eruditum Lectorem remittere ad Vaillan-

tium, ubi in fine Catalogum exhibet earum Vrbium, quas nummis testibus inter se concordia junctas fuisse constat a p. 221 ad p. 239. Sed dubitant Salmasius, Holstenius, Cellarius, an unquam Diocaesareae nomine Vrbs in Phrygia exstiterit, quae est altera Cl. Eckhelii objectio. Sed ego non urgeam, neque in hoc Vaillantio assentiar, nempe in nummo, de quo agimus, mentionem fieri de Diocaesarea, quae esset Vrbs Phrygiae, licet nec ipse Eckhelius negare queat, ipsius testem, ac praeconem esse Ptolemaeum Geographum. Mihi satis esse puto, quod essent binae aliae ejusdem nominis Vrbes: in Galilaea una, in Cappadocia altera. Catalogus, quem ex Vaillantio innuimus, exempla quam plurima offert concordiae initae inter eas Vrbes, quae diversarum erant provinciarum, magnoque inter se terrarum spatio distabant, ut est OMONOIA Atheniensium cum Smyrnaeis, Ephesiorum Joniae cum Alexandria Ægypti, Hierocaesariensium cum Comanensibus, ut alia multa praeteream, quae ibidem commemorantur. Itaque veritati maxime consentaneum videtur, ut in hoc nummo initam a Ceretapensibus societatem cum Diocaesaraeensibus admittamus. Notanda capitis epigraphe, in qua sphalma Monetarii, ubi supplendum AVP.

..... ΚΑΙCΑΡ CΑΡΜΑ Caput juvenile Commodi cum paludamento.

ΔΟΛΙΧΑΙωΝ· Α *Dolichaeorum An. I.* in Commagene: intra lauream. Ær. 2.

De Nota Α vide in nummis Beroeae Cyrrhesticae.

AVT Κ Μ AV ΚΟΜΜΟΔΟ.. Caput laureatum Commodi.

ЄΠΙ CΤΡΑ ΤΙ ΦΛ ΠΥΡΑΜΟΥ ЄΛΑΙΤΩΝ *Sub Praetore Ti. Fl. Pyramo Elaitarum*. Venus stolata, et Æsculapius stantes. Illa pomum s., hic baculum cum serpente d. gerit. Ær. 2. Tab. XXIII. n. 191.

Habes in hoc praenomina Pyrami, quae apud Vaillan-

tium desiderantur. De hac Vrbe vide in Lucio Caesare, et in Hadriano.

AV K AV KOMOΔOC Caput M. Aurelii Commodi laureatum.

E

ΛAI

OYCI In medio laureae coronae.

ΩN Ær. 3. Tab. XXIII. n. 192.

Ad Elaeusam Ciliciae Insulam proculdubio referendus, cujus unum, et alterum nummum autonomum descriptum reperies apud Eckhel. D. N. T. III p. 81. Id nominis varie scriptum invenio apud veteres Scriptores. Strabo lib. XII eam appellat Ἐλαιοῦσσαν, Plinius *Eleusam*; pariter sine diphtongo scribitur apud Josephum Antiq. lib. XVI: Egesippo tandem dicitur *Eleusia*. Cum Strabone consentit lectio nummi, dempto tamen duplici σσ. Parva haec Insula Archelao Cappadociae Regi accessit postquam ille ab Augusto aspera Cilicia donatus fuerat. Ea propter Archelaus eandem aedificiis, ut puto, ornatam Sebasten vocavit Josepho, et Strabone testibus. Ille enim cit. lib. sic habet: *Herodes Roma profectus cum filiis cum juxta Ciliciam Eleusam, quae nunc Sebaste dicitur, appulisset, reperit Regem Archelaum*. Alter vero cit. loco graece sic habet Ἐν τῇ τραχείᾳ Κιλικίᾳ τὴν ΕΛΑΙΟΥCCAN νησίον εὔκαρπον συνέκτισεν Ἀρχέλαος: *in Trachea Cilicia Elaeussam parvam Insulam fertilem una condidit Archelaus*. Graece scribit Strabo non ἔκτισεν *condidit*, sed cum praepositione συνέκτισεν, quasi una simul cum Augusto eam condidisset. Et revera in nummo Augusti, in quo jam *Sebaste* ea insula appellatur, idem Augustus KTICTHC inscribitur. Illum vide suo loco. Praeter hunc nummum, qui primum ex Museo nostro in lucem profertur, quatuor alios ex Imperatoriis editos reperies apud Eckhel. cit. loco a Commodo ad Valerianum; sed omnes habent ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ, nullus vero ΕΛΑΙΟΥCIΩΝ. Hinc inferes posteriori saltem aetate eam insulam praeter adscitum nomen, quandoque etiam

antiquum usurpasse, praeclaro hoc monumento rem ita se habere suadente.

M AV ΟΛΥΜ ΚΟΜΟΔΟϹ *M. Aurelius Olympius Commodus*. Caput laureatum Commodi.

ЄΦЄϹΙΩΝ. Β. ΝЄΟΚ. *Ephesiorum iterum Neocororum*. Diana venatrix cervum genu, et utraque manu prostratum retinens. Duplex Ær. 2. Tab. XXIII. n. 193.

Notandus Olympii titulus.

ΑΥΤΟΚΡΑ ΛΟΥ ΑΥΡΗ ΚΟΜΟΔΟΝ Caput juvenile Commodi sine laurea.

ΘЄϹϹΑΛΟΝΙΚЄΩΝ *Thessalonicens.* in Macedonia. Victoria gradiens, d. coronam, s. palmam. Ær. 2.

ΑΥΤ Κ Μ ΑΝΤΟ ΚΟΜ Caput Commodi laureatum.

ΚΑΙϹΑΡ ΙЄΡ ΚΑΙ ΑϹΥ ΥΠΟ ΠΑ. *Caesareae sacrae, et asylo gaudentis, quae sub Panio monte*. Pan caprinis pedibus tibiam inflat trunco arboris innixus. In area hinc inde Ρ Υ Α An. CXCI. Ær. 2. Tab. XXIII n. 194.

Emendandus ipse in meo libro de Vulg. Ærae Emend., idest reformanda lectio aversae partis, ut supra Tab. II n. 6. ejusdem libri. Panem Deum humanis pedibus exhibet iconismus Norisii, aliorumque; sed in hoc nostro Capripedis formam habere perspicuum est. De epocha consule lib. n. saepe citatum.

... Μ. ΑΥΡ ΑΝΤΟ ..... Caput Commodi laureatum.

..... ΑΡ ΙЄΡ Κ ΑϹΥ ...... ΠΑΝ Pan tibiam inflans, ut in superiori. In area hinc inde lineis orizontalibus ΡΥΑ Anno CXCI. Ær. 2.

Alius parum diversus, in quo ΠΡ ΠΑΝ. Ær. 2.

Alius, sed notae ita inscriptae sunt, ut minor numerus praecedat sic ΑΥΡ. Ær. 2.

Patet ex his plures eodem anno Commodo dicatos fuisse.

.... ΚΟΜ ΑΝΤΩΝΙ Caput M. Commodi laureatum.

ΜΗΤΡΟΠ..... Ara supra quam mons argaeus. In ara ipsa inscriptum legitur ЄΤ ΓΙ An. XIII. Ær. 2.

Plures sub hoc anno ex his editi, sed singuli cum typis diversis apud Pell., Vaillant., aliosque, ut etiam patet ex seq. pulcherrimo.

Μ Α ΚΟ ΑΝΤΩΝΙ Caput M. Aurel. Commodi laureatum.

ΜΗΤΡ ΚΑΙϹ ΕΤ ΓΙ *Metropol. Caesarea* in Cappadocia *Anno XIII*. Ipse Commodus in equo leonem impetens. Ær. 3. Tab. XXIII. n. 195.

ΑΥΤ ΚΑΙ Μ ΑΥΡ ΚΟΜΜΟΔ.... Caput Commodi laureatum.

ΚЄΓΝΑΥΤΙϢΝ Fortuna stans, d. navis gubernaculum, s. cornucopiae. Ær. 2.

Apud Cl. Vir. Jo. Bapt. Bondacca Advocatum, quem mihi amicitia conjunctum dum viveret plurimi faciebam ob suum erga haec studia amorem, ac peritiam non vulgarem.

Vrbs mihi ignota, quamvis lectio nummi perspicua, quam alii forsan feliciter explicabunt.

ΑΥ ΚΑΙ Μ ΑΥΡ ΚΟΜΟΔΟϹ Caput laureatum Commodi cum paludamento ad pectus v. d.

ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ ΝЄΩΚΟΡΩΝ. Ipse Commodus seminudus sub specie Herculis in quadrigis. Ær. m. m.

Mole sua, et elegantia spectabilis ex Museo Obizzi.

ΑΥΤ. ΚΑΙ Μ. ΑΥΡ. ΚΟΜΜΟΔΟϹ Caput M. Aurel. Commodi laureatum cum paludamento.

ΛΑΟΔΙΚЄΩΝ ЄΦЄϹΙΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ Juppiter Laodicenus cum aquila in d., et hasta in sin., et Diana Ephesia cum cervis, et parvo templo in capite stantes. Ær. m. Tab. XXIII. n. 196.

ΑΥΤ ΚΟΜΟΔ ΑΝΤΩΝΙΝ... Caput Commodi laureatum facie juvenili cum trophaeo ad hum.

ΝΙΚΑΙЄΩΝ *Nicaeensium* Imp. laureatus habitu militari stans, d. globum, cui imposita est victoriola, s. hastam, ad pedes captivus. Ær. 3. Tab. XXIII n. 197.

Nummulus elegans.

A AVPH KOM. . . . Caput Commodi juvenis sine laurea.

NЄIKOMHΔ . . . MHT NЄΩ Victoria galeata gradiens, d. corollam, sin. palmam. Ær. 2.

. . . M AV KOMOΔ. . . . Caput M. Aur. Commodi barba promissa.

NIKOMH NЄΩKO Aquila cum signo incuso, in quo Caput ejusdem Imp. Ær. 2.

A KAICAP M A KOM *Imp. Caesar M. Aurel. Commodus*. Caput laureatum Commodi.

NIKOΠOΛЄΩC *Nicopolis* in Epiro. Fortunae stantis typus cum navis gubernaculo, et cornucopiae. Ær. 3.

AVT K M AVPH KOMMOΔOC Caput laureatum Commodi cum modica barba.

OYAΠ NIKOΠOΛЄΩC ΠPOC MЄCTO (sic) Deus Mensis cum pileo phrygio equo gradienti insidens. Ær. 1. Tab. XXIII. n. 198.

Nicopolis Thraciae mediterranea Mesto fluvio adjacens primum sub Commodo ita se inscribere coepit, quantum ex nummis hactenus editis inferri potest.

AV KAI M KOMOΔOC. Caput M. Aurel. Commodi laureat.

OYAΠIAC ΠAYTAΛIAC Fortunae stolatae stantis imago, d. navis gubernaculum, s. cornucopiae gestat. Ær. 3.

. . . . . . ΔOC KAICAP Caput nudum Commodi.

ΠEPΓAMHNΩN *Pergamenorum*. Æsculapius, et Telesphorus stantes. Ær. 3.

A AIΛ AVP. . . . . MOΔOC Caput M. Aur. Commodi laureat.

ΠPOVCIЄΩN *Prusiensium* in Bithynia. Ingens lapis coni formam habens, cui involutus serpens. Ær. min.

Prusias ad Hypium fluvium sita plerumque in nummis sic inscribitur ΠPOVCIЄΩN ΠPOC YΠIΩ; nonnunquam tamen fluvii mentionem omittit. Ita in duobus apud Vaillantium, quorum unus Sept. Severi, alter Juliae Domnae. Quibus addendus hic noster, cujus notandus aversae partis typus peculiaris. Prusia ejusdem provinciae Bithyniae, quae

ad Olympum in nummis, vel montis nomen addit, quod raro tamen; aut eo omisso perpetuo inscribitur ΠΡΟVCΑΕΩΝ. Hinc una ab altera facili ratione distinguitur. De Prusiade potius, quae ΠΡΟΣ ΘΑΛΑΣΣΗΙ vocabatur, suspicio aliqua oriri potest; nam et ista quandoque nomen loci omittit.

Μ ΑVΡ ΚΟΜΟΔΟ Caput laureatum Commodi.

ϹΑΜΙΩΝ *Samiorum*. Juno pronuba habitu ornatissimo sponsalium cum duplici calatho in capite, ad pedes vero hinc pavo, inde cervus. Ær. min.

Notandum in hoc parvulo nummo symbolum adjectum Junoni, cervi videlicet, praeter alterum pavonis ipsius peculiare. Cum luna a lucendo nominata sit, eadem est etiam Lucina. Itaque *ut apud Graecos*, inquit Cicero lib. 2. de Nat. Deor., *Dianam, sic apud nostros Iunonem Lucinam in pariendo invocant*. Eadem ergo Juno, ac Lucina, et Diana, cui cervi sacri sunt.

IMP... AVC COMO Sic inscribitur epigraphe capitis barbaris lit. hoc est *Imperator Caesar Aug. Commodus* Caput laureatum Commodi.

ϹЄΒΑϹΤΗΝΩΝ *Sebuste* Samaritidos. In area hinc inde ϹΙϚ Anno CCXVI. Mulier stolata, et velata stans, d. taedam, s. ramum. Duplex Ær. 2. Tab. XXIII. n. 199.

Nummus, ut alii hujus Vrbis bilinguis. Consule de his lib. 2. de Num. Imp. cum notis chronol.

ΑVΤ Ϲ ΚΟΜΟΔΟϹ... *Imp. Aug. Commodus*. Caput juvenile Commodi laureatum.

ϹЄΛЄVΚЄΩΝ ΠΙЄΡΙΑϹ *Seleucia Pieriae* Syriae. Mensa, supra quam fulmen alatum. Ær. 3.

Seleucum in condenda Seleucia augurium fulminis secutum fuisse narrat Appianus in Syriac.

Α Κ... ΚΟΜΟ.... Caput Commodi laureatum cum paludamento, sed juvenile.

ϹЄΛЄVΚЄΩΝ ΠΙЄΡΙΑϹ ΖЄVϹ.... Templum 4 columna-

rum, in quo ingens saxum, et superne aquila Jovem Casium designans. Ær. 3.

Notum est antiquitus apud Graecos in more positum fuisse informibus lapidibus pro simulacris divinos honores habere, teste Pausania.

... CAP ΚΟΜΜΟΔΟϹ Caput laur. Commodi juvenis.

ϹΙΔΗΤΩΝ Pallas galeata stans, d. malum punicum, s. clypeum; in area alterum malum punicum, symbolum Vrbis, Side enim idipsum significat. In Pamphylia sita erat. Ær. 3.

AV ΚΑΙ Μ ΑΥΡΗ ΚΟΜΟΔΟϹ Caput Commodi laureatum.

ΖЄΥϹ ЄΙΔΑΙΟϹΚΗ+ΙΩΝ Sic scriptum. Juppiter stans laureatus, d. aquilam, s. hastam. Ær.2. Tab.XXIV, n.200.

Scribitur ЄΙΔΑΙΟϹ pro ΙΔΑΙΟϹ, sicut Vrbs Macedoniae ЄΙΔΟΜΕΝΗ legitur apud veteres Geographos pro ΙΔΟΜΕΝΗ. ΔΙΟϹ ΙΔΑΙΟΥ mentio habetur in nummo Faustinae Iuliensium, et in altero Iliensium Jul. Domnae apud Pellerin. Mel. T. II; in tertio denique Titi, et Domitiani apud Morell. ΙΔΗ etiam ϹΚΗ+ΙΩΝ ΔΑΡΔΑ memoratur in nummo Caracallae apud Catal. Henericianum cum typo judicii Paridis de trium Dearum pulchritudine. Jovi sacrum fuisse hunc Troadis montem docet etiam nummus Juliae Domnae suprascriptus.

AVP ΚΟΜΟΔΟϹ ΚΑΙϹΑΡ Caput juvenile Commodi sine laur.

ΤΑΝΑΓΡΑΙΩΝ Apollo nudus stans, dex. elata lauri ramum, sin. arcum gerit: in area ad sin. arula. Ær. min. Tab. XXIV. n 201.

Tanagra Boeotiae parvam hactenus nummorum segetem offert. Nam praeter unum Germanici, quem vide superius suo loco, et apud Pellerin., Eckhel., aliosque, tum alterum Trajani a Pellerin. editum Pop. III p. 199, nullus alius ad hunc diem ejus Vrbis nummus lucem aspexerat. In pretio itaque habendus hic noster cum symbolo Apollinis lauri ramum, et arcum gerentis. Idem typus conspicitur in

nummo Germanici, sed in hoc Commodi in area ad pedes Apollinis additur arula accensa, ut in schemate videre est. In eo vero Trajani signum exhibetur Mercurii cum crumena in d. De Tanagraeorum cultu erga Apollinem Delium, deque ejus celebri templo, quod in ipsorum agro situm erat, vide quae egregie jam adnotavit Eckhel. D. N. T. II p. 201. De fabula vero Mercurii Tanagrae defensoris, ejusque duplici fano apud eandem Vrbem adi Pellerin. loco cit.

NVMMI AEGYPTII

.... ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΚΟΜΜΟΔΟϹ ϹЄΒ ΥΠΑΤ Β Cos. II Caput imberbe M. Aur. Commodi laurea ornatum, et cum paludamento ad humeros.

L IΘ An. XIX Caduceus ex duobus serpentibus constans inter duas aristas. Ær. 3. Tab. XXIV. n. 202.

Alius cum eadem capitis epigraphe, et ΥΠΑΤ Β, et Victoria in aversa parte, sed anno deleto. Ær. 3.

Alter jam Commodi nummus Ægyptius editus est in lib. n. Ær. vulg. cum duplici epocha, quem etiam vide apud Cl. Zoegam p. 238. Continet autem notas L ΚΓ ΥΠΑΤ ΤΟ Δ, Annum nempe imperii M. Aurelii XXIII, et consulatum Commodi IIII. Commodus quatuor primos consulatus sic iniit, ut medium semper habuerit unum collegium Consulum ex privatis. Ejus rei testes locupletissimi supersunt adhuc veteres Lapides, quos vide in Lib. cit. Vulg. Ær. p. 279, et seq. Primus consulatus Commodi signat An. V. C. Varr. CMXXX, sic reliqui tres indices sunt annorum V. C. Varr. CMXXXII, CMXXXIV, et CMXXXVI. Ad ea, quae tantis monumentis, iisque omni exceptione majoribus allata sunt in cit. Lib. n. Vulg. Ær. pag. 275, et seqq. nihil hic addere oportet, quo ad mensem, et annum emortualem Antonini Pii, qui certo certius jungendus cum mense martio A. V. C. Varr. CMXIV. Annus itaque XIX L IΘ in hoc praestanti nummo, qui nunc

primum in lucem profertur, ex methodo Ægyptiaca signat A. V. C. Varr. a die natali imperii M. Aurelii CMXXXI, usque in diem XXIX augusti, ex quo in idem tempus insequentis, annum V. C. CMXXXII. Hinc sequitur consulatum Commodi secundum ΥΠΑΤ. Β, qui jungitur in nummo cum s. s. notis L ΙΘ, initum ab eo fuisse Kal. Januariis A. V. C. Varr. CMXXXII, nec ullo modo proferri posse in annum insequentem, ut ferebant Cl. Zoegae ratiocinia falso plane innixa principio, ac fundamento, ut cit. in lib. demonstratum est. Ex his etiam probatur, eo quod nummus iste signatus fuerit vivente adhuc patre M. Aurelio, notas in eo contentas ducendas ab ejusdem imperii auspiciis, ideoque eodem pacto computationem instituendam de notis, quae habentur in altero cit. nummo ejusdem Commodi L ΚΓ ΥΠΑΤ ΤΟ Δ, atque hunc consulatum jungendum a Kal. Januariis cum A. V. C. Varr. CMXXXVI, sicque monumenta monumentis consentire, de quibus initio diximus, eaque fastos consulares in Lib. n. jam constitutos mirifice confirmare.

Cl. Eckhelius D. N. T. IV pag. 80. diagramma chronologicum exhibet nummorum Commodi hujus generis ab anno XX, L K ad ejus vitae exitum, aliquanto auctius, quam illud dederat Bellejus ad ejus imperii tempora, atque historiam illustrandam. Ex eodem autem patet annos non modo singulos Ægyptiacos rite, recteque procedere ab exordio imperii M. Aurelii; verum etiam comparatos cum consulatibus tertio, et quarto Commodi, ejusque imperandi initio, et fine, juxta calculos a me anno praecedenti, quam eximius Vir suum illum ederet librum institutos, vulgatosque in meo Opere de Vulg. Ærae Emend. apprime consentire, iisque novam Cl. Zoegae opinionem everti. Si Eckhelio perspectus tunc fuisset nummus iste, de quo hactenus egimus, sine dubio illum diagrammati suo praemisisset, et ego protulissem in meo Opere, si tum eundem nactus fuissem. Nihil enim luculentius ad seriem consulatuum Commodi II, III,

et IV, ejusque annos initi principatus cum iis imperii M. Aurelii progredientes comprobandos, quam tribus hisce nummis, hoc nostro, qui nunc primum innotescit, quique prae caeteris omnibus monumentis probat, vivente M. Aurelio in nummis Commodi signatos fuisse annos imperii patris sui; iterum altero mei quoque Musei in Opere illustrato, in quo, ut jam initio innuimus, consulatus ipsius Commodi IV jungitur cum anno Ægyptiaco imperii XXIII; tertio denique ex Museo Arigonii Tab. XV n. 269, in quo annus tertius Commodi jam imperantis consociatur cum anno initi imperii M. Aurelii XXII sic L Γ L KB, cum Romae sedentis typo, quem a Zoega praetermissum fuisse miror.

Quaedam hic postremo loco de caduceo addere lubet. Ex veteri namque historia docemur Ægyptios caduceum in speciem duorum draconum maris, et feminae finxisse, qui parte media corporis sui colligati, et nodo, quem Herculeum vocabant, superioribus partibus circumplicati, in modum circuli mutuo ad osculum fere jungerentur. Id porro in aversa parte hujus nummi affabre expressum cernitur, ut in schemate.

M AVP. . . . . ΜΟΔΟC CЄB Caput Commodi laureat.

L K An. XX Facies adversa Jovis Serapidis cum modio in capite. In area ad d. parvum trophaeum. Ær. 3.

Ab hoc anno nummi Commodi Alexandrini in supremum tempus per singulos annos abundant, quos et ipse possideo, sed quoniam editi, omittendi, paucis exceptis, qui Catalogo Zoeg. addendi, quod non extent, vel sint diversi.

M AVP KOMM ANTωNINOC Caput M. Aur. Commodi laur.

L KΓ ΥΠΑΤΟC ΤΟ Δ Anno XXIII Cos IV. Juppiter sedens, d. victoriolam, sin. hastam gerit. Ær. Tab. XXIV n. 203.

De hoc paulo ante dictum est.

M A KO ANTω CЄB ЄVCЄB Caput laureatum Commodi.

L KϚ An. XXVI Caput Nili cum flore aquatili in vertice, et cornucopiae ad lat. dex. Arg.

M A KOM ANTω CЄB ЄVCЄB Caput M. Aur. Commodi laur.
L KH Anno XXVIII Serapis cum pallio sedens, d. super cerberum extensa, s. hastam gerit. Arg.

M A KOM ANTω.... CЄB Caput Commodi laureatum.
L KH Imp. togatus cum ramo in d., et hasta in sin. coronatur a Genio Vrbis Alexandrinae turrito, et stolato, qui d. demissa spicas gestat. Ær. 2

M A KOM ANTω CЄB ЄVCЄB Caput Commodi laureatum.
L KH Anno XXVIII Mercurius stans seminudus, d. caduceum, s. palmae ramum oblongum gerit, ad pedes canis. Arg.

M A KOM ANTω CЄB ЄVCЄB Caput M. Aur. Commodi laur.
L Λ Anno XXX Serapis stans cum modio in capite d. fulmen, s. vestem involutam sustinet, nec longe arula, et papaver. Arg.

M A KOM ANT CЄB ЄVCЄB Caput M. Aur. Commodi laureat.
L Λ Anno XXX Aquila fulmini insistens. Arg.

Λ AIΛ AVP K...... OC ЄV CЄ ЄVTV Caput M. Aur. Commodi laureatum.
L ΛB Anno XXXII Juppiter sedens, d. fulmen, sin. hastam. Ær. 2. Tab. XXIV. n. 204.

Iste inter primos recensendus, qui praeter titulum *Pii*, alterum praeferat *Felicis*. Saepius deinceps invenitur in nummis Philippi, praesertim vero Aemiliani apud Zoegam, in quibus ЄVC ЄVT CЄB, tum Valeriani, Gallieni, aliorumque, de quibus vide suis locis. Praenomina quoque *Lucii Aelii* nunc primum in Ægyptiis adjecta. Nam in iis commatis latini a primo Caesareae dignitatis tempore sese offert illud *Lucii*, postea vero etiam *Aelii*. Pag. mox 279 in uno Byzantiorum ejusdem Commodi cum capite adverso Crispinae, qui ad utriusque nuptias referendus ob faciem admodum juvenilem ipsius Commodi, huic additur Λ, idest *Lucii* praenomen, ut Crispi-

nae alterum BP, idest *Brutiae*. Annus AB XXXII in nummo signatus coeperat die XXIX augusti A. V. C. Varr. CMXLIV in pridie ejus diei insequentis anni, qui fuit Commodo supremus.

M A KOM ANTω CЄB ЄVCЄB Caput laureatum Commodi.
Quadrigae, ante equos satyrus caudatus d. elata. Annus evanuit. Ær. 2.

NVMMI COLONIARVM

..AVR COMM.. ANTONINVS Caput laureatum Commodi, pectore loricato.
C.... I COR Venus seminuda stans utraque manu clypeum sustinet, ad pedes stat Cupido. Ær. 2.

IMP M AVR COMO ANTO AVG Caput juvenile laureatum.
C L I COR Melicerta delphinum inequitans sine arbore. Ær. min.

Caput Comodi barbatum laureat. epigraphe vitiata.
COL
HEL Binae Aquilae legionariae intra lauream. Ær. 2.

Primum similem cum aquilis legionariis hujus Coloniae Heliopolitanae ad Libanum montem, et ad Orontis fontes positae vide apud Vaillantium in Sept. Severo. Colonos ex duarum Legionum militibus veteranis in ea deductos quintae Macedonicae, et octavae Augustae docet insignis nummus Philippi patris apud laud. Vaillant. pag. 165.

IMP COMMODVS ANTO AVG Caput Commodi laureat.
COL PATR *Colonia Patrensis* Diana venatricis habitu cum pharetra ad humeros, s. arcum remissum cippo impositum sustinet; ex adverso stat Venus victrix seminuda utraque manu clypeum sustinens. Ær. 2. Tab. XXIV. n. 205.

Caput Commodi laureatum epigraphe vitiata.

C..... PATR *Col. Patrensis* Hercules quiescens clavae innititur cippo impositae. Ær. 2.

IMP CAI M AVR COMMOD AVG Scriptum CAI pro CAE. Caput Commodi laureatum cum paludamento.

COL AVG TROADI Silenus nudus cippo impositus, d. elata, et cum utre hircino ad humerum sin. Ær. 2.

Alius, sed Silenus in oppositam partem conversus. Ær. 3.

CRISPINA AVGVSTA

BP ΚΡΙCΠΙΝΑ ...... Κ Α ΑVΡΗ ΚΟΜΟΔΟC Capita Brutiae Crispinae, et L. Aurelii Commodi juvenis se respicientia.

ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ ЄΠΙ ΑΙ ΠΟΝΤΙΚΟΥ Η. Mulier stolata gradiens, d. taedam erectam gerit, s. alteram demissam. Ær. 2. Tab. XXIV. n. 206.

Plures ex hujusmodi nummis editi apud Vaillantium, et apud Haym. Parte II Tab. XXXVII. Signati autem fuisse videntur ad celebrandum conjugium Commodi cum Crispina, quod evenit anno V. C. Varr. CMXXX. In eo, cujus aversa pars galeae typum exhibet, apud Haym. legitur ΗΓ, apud Vaillantium vero Β. Vereor utrumque haud recte legisse. Nam ad notam Β, quae iteratam Archontis dignitatem exprimeret praecedere deberet art. ΤΟ, ut in caeteris omnibus. Quo ad ΗΓ vero, plura alia similia numismata videnda apud Eckhel. Doctr. Numm. T. II p. 28, habent ΗΡ. Consule etiam ea, quae superius attulimus in ejusdem Vrbis nummo M. Aurelii, ubi adnotavimus lit. Η de Pontici cognomine interpretandam esse aeque ac ΗΡ.

ΚΡΙЄCΠΙΝ ΑVΓΟVCΤΑ (sic) Caput Crispinae Aug. cum stola ad pectus.

ΔΑΡΔΑΝΙΩΝ Caput Palladis galeatum. Dardanus in Troade. Ær. 3. Tab. XXIV. n. 207.

Ex hoc augendus Catalogus numismatum hujus Vrbis, quorum parvus hactenus numerus innotescit. Notandum sphalma in nomine Crispinae, sic ΚΡΙϹϹΠΙΝΑ.

ΚΡΙϹΠϾΙΝΑ ϹϾΒΑϹΤΗ Caput Crispinae Aug.

ΜΑΓΝΗΤΩΝ In imo ϹΙΠΥΛΟ.. *Magnetum Sipyli*. Fluvius Hermus decumbens, sin. urnae aquam vomenti innititur. Ær. 3. Tab. XXIV. n. 208.

ΚΡΙϹΠϾΙΝΑ ϹϾΒΑϹΤΗ Caput Crispinae.

ΑΥΓΟΥϹΤΗϹ ΤΡΑΙΑΝΗϹ Porta Vrbis cum turribus. Ær. 3. Ex Sched. meis.

Vrbs mediterranea ad Hebrum in Thracia a Trajano condita.

..... ΙΝΑΝ ϹϾΒ ΑΥΤ ΚΟΜΜΟΔΟΥ ϹϾΒ Caput Crispinae Aug.

L K Anno XX Duo serpentes erecti, et cristati, unus exilior, crassior alter, caduceum exilior, papaverem alter sustinet. Ær. 2. Tab. XXIV. num. 209.

Catalogo Zoegae addendus.

TITIANA AVGVSTA

HELVII PERTINACIS VXOR

ΤΙΤΙΑΝΗ ϹϾΒΑϹΤΗ Caput Titianae Aug.

L A An. I Victoria stans ad s. conversa lauream coronam utraque manu gestat. Ær. 3. Tab. XXIV. n. 210. A.

Titianae nummi caeteros omnes raritate praestant, neque enim latini commatis, aut Coloniarum adhuc inventi sunt. Ex graecis unus hactenus apud Mytilenen Lesbi editus, bini vero Ægyptii ex Mus. Regis Gall., et M. Etruriae Ducis. Ad augendam seriem hanc Imperat. ex Mus. praeclariss. Dynastae de Schellersheim ob aureorum copiam, gemmarumque praestantiam celeberrimae famae, parvo nostro accessit, quem hic honoris, et amicitiae causa nomino.

DIDIA CLARA AVGVSTA

ΔΙΔΙΑ ΚΛΑΡΑ CЄΒ Caput Didiae Clarae Aug.

ΚΟΙΝΟΝ ΚΥΠΡΙΩΝ Templum Veneris Paphiae. Ær. 1.

Non immerito similem huic nummum in suspicionem vocaverat Eckhel. D. N. T. VII pag. 151, ob σφάλμα admissum ab Havercampo in eodem describendo. Praenomen enim Augustae sic exhibet ΔΗΔ, quod rectae orthographiae legibus adversatur. Hoc eximium numisma descripsi Venetiis apud spectatiss. Equit. Petrum Persicum ex P. V., cujus Museum, praeter aureos, maxime ornant singulares nummi e Cypro Insula advecti. Istud autem ab omni suspicione liberum mihi visum fuit, sed quibus rem suo judicio definire placuerit, fontem habent perspectum, quo se conferant; ex eo vero inferre oportet Cyprios, audita Juliani electione, nulla interjecta mora, et ante quam Pescennius Syriae Praefectus descisceret, hunc, aliosque fortasse in honorem ipsius Juliani, et Manliae Scantillae uxoris emisisse.

IMP C. PESCENNIVS NIGER IVST. AVG

ΑΥΤ Κ Γ ΠЄCΚ ΝΙΓΡΟC ΙΟΥCΤΟC CЄΒ Caput Pescennii Aug. laureat.

ΚΑΙCΑΡЄΙΑC ΓЄΡΜΑΝΙΚΗC *Caesareae Germanic.* Æsculapius stans cum baculo, cui involutus serpens. Bractea arg. obtectus æ.

Quanquam vox ΙΟΥCΤΟC, mea quidem sententia, definire nequeat hujusmodi nummos inter adulterinas merces esse rejiciendos, nisi alia fraudis signa accesserint; satis enim jam constat ex pluribus exemplis Graecas Vrbes non semel nomina, titulosque Imperatorum proprios in suam linguam transtulisse; namque, ut nummos aliquos ex meis proferam, ita in aliquot Augusti legitur ΑΥΓΟΥCΤΟC pro

CЄB: quod idem in octo Caracallae, in aliis vero Antonini Pii, pro ЄVCЄB scribitur ΠΙΟC, vel ΠЄΙΟC in uno CAMIΩN Caracallae, etc., suprascriptum tamen nummum, aliumque cum diverso typo, quorum uterque licet ex illustri Museo Cl. Viri Galliani Neapolit. cum caeteris ejusdem Mus. graece loquentibus ad meum augendum, ornandumque accessissent, repudiandos plane, et pro spuriis semper habendos censui, non ob titulum ΙΟVCΤΟC, sed ob ea fraudis signa, ob quae praestantissimi Viri ad Eckhelium usque, hujus generis nummos reprobandos judicarunt.

Nuper hic Romae alterum videram aer. cum typo in aversa serpentis erecti ejusdem Vrbis Caesareae, primo Mus. Vitali, nunc celebris, eximiique Sculptoris Equit. Ant. Canova, quem etiam delineatum vide Tab. XXXIX fig. 65, de quo tamen, ut nihil mihi de illo definiendum sumam, Vir summae in hac arte peritiae Cl. Mellingen, idem judicium tulit, quod supra ab allatis praeclarissimis Viris artis nostrae magistris de caeteris similibus pronunciatum diximus.

D. CLOD. SEPT. ALBINVS CAESAR

CLOD SEPT ALBIN CAES Caput Clod. Sept. Albini Caesaris sine laurea cum paludamento ad pectus.

PANNONIAE CVRTA AEL. In imo SC Albinus Caesar paludatus sedens, laeva scipionem gerit, dextram extendit versus figuram muliebrem stolatam eidem cornucopiae, et trophaeum offerentem. Ær. m. m.

Iste pariter, quem delineatum vide Tab. XXIV. n. 211, quamvis viridi aerugine obductus in anteriori, ferruginea in aversa, et aliquam veri speciem praeseferre videatur, tamen inter eos, qui ab impuris, spuriisque fontibus dolo malo proficiscuntur, rejiciendus. Quod ad cautionem dictum esto.

L. SEPT. SEVERVS AVG

AVT KAI A CЄ. . . CЄVHPON Caput Sept. Severi laureat. cum paludamento ad pectus.

. . . ΔPIANωN AIΓЄAIωN ЄTYC MC An. CCXL. Protome Jovis promissa barba, capite diademate revincto. Ær. 1. Tab. XXIV. n. 212.

De hoc eximio numismate, quod est integerrimum, atque nunc primum in lucem profertur, vide in lib. II., in quo de Epochis agitur.

AV K Λ CЄ Π. . . . HPOC ΠЄP Caput Sept. Severi radiatum.

ANKYPAC MHTP *Ancyrae Metrop.* Galatiae. Æsculapius stans cum baculo, cui involutus serpens. Ær. 1.

. . . . CЄOVHPOC CЄB Caput Sept. Severi laureatum.

. . . . VHPOY CЄBACTOY Supple *Byzantiorum sub Severo Aug.* Luna bicornis, in cujus medio astrum. Ær. 2. Tab. XXIV. n. 213.

Typus aversae partis frequens in hac Vrbe, quem etiam vide in Jul. Domna Severi conjuge paulo infra, et apud Vaill. In hac Vrbe potissimum, ac fere sola ex Graecis, Principes Romanos Trajanum, Caracallam, atque ex feminis etiam Faustinam juniorem magistratu eponymo functos esse testantur nummi hactenus vulgati. Non injuria igitur inferes hunc nummum a Byzantiis editum, in eaque Vrbe Septimium quoque Severum Archontis honorem sibi oblatum admisisse. Notum est Severum, Caracalla deprecante, Byzantiis ignovisse, quod Pescennio favissent, iisque antiqua jura restituisse. Hinc factum, ut idem Caracalla non modo in sua, sed etiam in patris moneta hujus Vrbis Archon inscribatur. Subjicere hic praestat bina elegantiora numismata ex illustri Museo Marchionis Thomae Obizzi.

AVT Λ CЄΠ CЄVHP ΠЄP. . . Caput Severi laureat.

ЄΠ ΑΡΧ Γ. CΑΛΛ ΑΡΙCΤΑΝЄΤΟΥ Κ. ΑΙΛ ΑΡΑΙΔΟC ΒΥΖΑΝ-ΤΙΩΝ inter binas naxas. Ær. m. m.

Alius, in quo ЄΠ ΑΡΧ Μ ΑΥΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. Ipse Imperator sacrificans ad aram, in area naxa. Ær. m. m.

Iste ab editis differt typo aversae partis; primus in secundi magistratus nominibus.

ΛΟΥ CЄΠ CЄΟΥΗΡ ..... *L. Sept. Severus* Caput ejusdem laureatum.

ΓΥΘЄΑΤΩΝ *Gythium* Vrbs Laconica. Faunus nudus stans, d. capiti imposita, sin. cubito trunco innititur, simulque laeva manu uvae racemum gestat. Ær. 3. Tab. XXIV. n. 210. B

Pauci admodum in lucem hactenus prodierunt hujus Vrbis nummi. Singuli ad Sept. Sev., ejusque familiam pertinent. Herculis cultum indicat nummus Severi apud Vaill., Apollinis vero alter apud Eckhelium, apud quem etiam narrationem invenies de lite composita, ut Gythium ab utroque conditum diceretur, quorum simulacra medio in foro posita fuerant, teste Pausania. Sed ex nummo Pellerinii Mel. II pag. 118 insuper constat a Gytheatis in honore habitum fuisse Æsculapium, quibus jam addendus peculiaris iste typus ad Bacchi festa referendus. Pausanias enim lib. III de hac Vrbe scribens inquit: *Libero vero patri supra Migonium sacer mons est, quem vocant Larysium. Eo in loco vere ineunte festos agitant dies. Sacri cum alias referunt causas, tum quod ibi primum uvam maturam repererunt.*

Caput Sept. Severi laureatum cum ejus epigraphe.

ΔΑΛΔΙΑΝΩΝ Apollo sedens in templo. Ær. m.

Ex Mus. Petri Burghesii Sabinianen.

Pauci admodum hactenus editi erant hujus Vrbis Lydiae nummi, quorum tres neque plures in suum opus de D. N. referre potuit Eckhelius T. III p. 99. Sunt ii Hadriani, Jul.

Domnae, et Gordiani; nuper binos addidit Sestin. Descript. N. V., quibus hic mole sua conspicuus adjiciendus.

.... CЄOVHPOC Caput Septimii Severi laureatum.

ЄΦЄCIΩN B *Ephesiorum iter.* Dianae Ephesiae idolum consuetum in morem inter Lunae, et Solis astra a duabus mulieribus pectore tenus nudae, et genuflexae sustinetur. Ær. 2. Tab. XXIV. n. 214.

Elegans typus hujus nummi, quo sane ostenditur Dianae Ephesiae maximum cultum, atque honores habitos fuisse in Vrbe totius Joniae celeberrima. Omittitur vox NЄΩKOP, quae per se subintelligitur.

.... ΠΤΙ CЄOVHPOC Caput Septimii Severi laureat.

Θ.. ΠΟVCIωN Supple ΘЄΛΠΟVCIωN. Mulier cum flore in capite stans, d. sistrum, s. situlam, ante pedes ara ignita. Ær. 3. Tab. XXIV fig. 215.

ΘΑΛΠVCA scribitur Stephano, sed nummi, quibus consentiunt Plinius, et Pausanias habent *Thelpusa*. In Arcadia sita erat, ejusque nummi Plautillae, et Getae tantum hactenus innotescunt, quibus propterea addendus hic noster, cujus etiam typus peculiaris. Simile vas lustralis aquae vide in Nicopoli Epiri sub Augusto.

AVT Λ CЄΠ CЄV...... Caput L. Sept. Severi laureat.

KAIC CЄB.... ACY T ΠANE.. In area ΘϤP An. CXCIX Pan Deus trunco innixus tibiam inflat. Ær. 2. Tab. XXIV. n. 216.

In Opere n. de Vulg. Ærae Emend. illustratus, sed in iconismo, ubi AVT A emenda AVT Λ *Imp. Luc.* De epocha vide etiam in lib. n. de Nummis Imp. cum notis Chronol.

Λ CЄΠ CЄVHPOC ΠЄP C. *Imp. Caes. Lucius Sept. Severus Pertinax Aug.* Caput Septimii Severi laureatum.

KAICAPЄIAC ΓЄPMANIKHC *Caesareae German.* Commagenes. Templum tetrastylum, in quo Juppiter sedens, d. fulmen, s. hastam. Ær. 1.

AV KAI Λ. CЄΠ CЄOVHPOC Caput L. Sept. Severi laureat.

ΜΗΤΡΟ., ΚΑΙCΑΡΙΑC In imo ЄΤ Γ An. III Fasciculus 4 spicarum super aram erectus. Ær. 2.

Annus iste, qui primus ab hac Vrbe signatus, et Severo dicatus censeri debet post devictum Pescennium, in cujus potestate erant Orientis Vrbes, Catalogo Eckhelii addendus cum sequenti ejusdem pariter Caesareae Cappadociae.

ΑV Κ Α CЄΠ CЄOV...... Caput Septimii Severi laureatum.

ΜΗΤΡΟ ΚΑΙCΑ.. ЄΤ Ι *Metropol. Caesarea Anno* X fasciculus V spicarum. Ær. 2. Tab. XXIV n. 117.

Annus iste X. pariter desideratur in Catalogo, quem uberrimum hujus Vrbis exhibuit post Bellejum Eckhelius D. N. T. III. p. 188.

ΑV Κ Α CЄΠ CЄVΗΡΟC Π *Imp. Caes. L. Sept. Sever. Pertinax.*

ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΩΝ *Calchedon* in Bithynia. Cycnus alis ferens Apollinem, qui lyram d. sustinet. Ær. 2. Tab. XXIV. num. 218.

Nummus elegans ob typum etiam aversae. Ad Bosporum Thracium sita erat. In hoc nomen Vrbis scribitur cum Ο, secus ac apud Vaillantium; in altero vero Elagabali, quem vide Tab. XXVIII. fig. 279, cum Ω, quod probat promiscuum utriusque literae usum apud hanc Vrbem.

Α C... ΦΥΑΤ Caput Sept. Severi laureatum cum paludamento ad pectus.

ΚΑΦΥΑΤ... Diana venatricis habitu cum luna bicorni in vertice, s. arcum, d. vero telum e pharetra depromit. Ær. 3.

Etiam in anteriori parte expressum legitur nomen Vrbis Caphiae, quae in Arcadia sita erat. Paucissimis autem et iste addendus nummis, qui hactenus editi sunt, et ad Severum tantum, ejusque familiam pertinent. Binos nuper edidit Sestin. Descript. N. V. p. 218.

... Α CЄ...... ΒΗΡΟC Π... *L. Sept. Severus Pertinax.* Caput ejusdem laureatum.

ΚΛЄΩΝΑΙΩΝ Cleoneorum in Argolide. Cippus cui im-

positus alter hemisphaericus, in cujus vertice stat aquila, alis expansis. Ær. 2. Tab. XXIV. n. 219.

Ex paucis unus iste, qui hactenus hujus Vrbis prodierint. Spectabilis etiam ob typum aversae partis, quo Orologium solare exprimi videtur. Cleone Vrbs Argolidis celebris ob leonem ab Hercule interfectum in saltu eidem Vrbi proximo.

Α. Ϲ. ϹΕΒΗΡΟϹ ΠΕΡ. ϹΕ *Imp. Sept. Severus Pertinax Aug.* Caput Sept. Severi laureatum.

ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ Pegasus alatus. Ær. 2.

Alius, sed navis velis expansis cum remigantibus, et Victoria in puppi. Ær. 2.

Hos edere libuit ob peculiarem scribendi formam literarum Ϲ.

.... ЄΠ CЄOVHPOC Caput Sept. Severi laureatum.

ΚΥΠΑΡΙϹϹ.... Ν *Cyparissia* in Messenia ad fines Elidis. Pallas galeata stans, d. pateram, s. hastam. Ær. 3.

Ex eorum numero et iste, qui primum sub Severo signati, cum ejus familia desinunt, editis addendus.

...... CЄVHP..... Caput Sept. Severi laureatum.

ΚΩΡΥΚΙΩΤΩΝ ΑVΤΟΝΟΜΟΥ *Corycus autonomia gaudens* Ciliciae Vrbs maritima. Mulier in prora navis stans capite turrito, et velo e capite ad humeros dependente, dextra quid incertum, s. hastam gerit. Ær. 1.

In hoc Severi nummo Corycum Vrbem se jam autonomam appellare videmus, quod idem deinceps occurrit in iis jam editis Caracallae, Macrini, et subsequentium aliquot Imperatorum, ut Alexandri Severi, Gordiani, et Gallieni.. Vide etiam Sestin. Descript. N. V. p. 405.

AVT K Λ.. CЄOVHP...... Caput Septimii Severi laureat.

ΙΟVΛ *Juliae*

ΛΑΟΔΙ *Laodiceae*

CЄOVHP M *Severianae*

ΗΤΡΟΠ *Metropo*

ΟΛΕΩC *leos*.

In corona quercea. Duplex Ær. 2. Vrbs Syriae.

Testis iste, quod Severus in vindictam Metropolis dignitatem Antiochiae Syriae ademptam, quod pro Pescennii partibus stetisset, huic concesserit, quae etiam teste VIpiano, Colonia ab eodem Severo facta fuit. Hactenus tamen epocha, qua antea Vrbs Laodicea utebatur, in nummis L. Veri, et Commodi nondum inventa.

....CEBHPO........ *L. Sept. Severus*. Caput ipsius laur.

ΜΕΓΑΡΕΩΝ Diana habitu venatricis, d. e pharetra spiculum depromit, s. taedam accensam gestat. Ær. 2. Tab. XXV n. 220.

Addendus iste alteri Pelleriniano Septimii Severi, cujus typus diversus, ut videre est Pop. III p. 199. Alterum etiam nuper edidit Sestin. cum muliere stante ante aram Descript. N. V. pag. 179.

AVT KAI.. EOVHP..... Caput Septimii Severi laureatum.

ΜΕΓΑΡΕΩΝ *Megarensium* in Attica. Hercules quiescens clavae innixus. Ær. 2. Tab. XXV n. 221.

In citato superius Pellerinii nummo Bacchus exhiberi dicitur, qui Nyctelius vocabatur, habebatque apud Megarenses Atticae non ignobile templum. Hic noster Herculi quoque ab ipsis honores habitos ostendit.

AVT A CEΠ CEVHPOC ΠΕ Caput Severi radiat.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩ.. IC ΝΕΩΚ.. Hinc inde in area P $\frac{\Omega}{N}$ idest *Neocororum*. Ceres sedens, d. spicas, s. facem oblongam. Ær. m.

Neocoratus Γ, sive ΤΡΙC hactenus a Caracalla initium habet.

A CEΠ CE..... Caput Severi laureat.

ΠΕΛΛΗΝ.... Diana venatrix: ad pedes canis. Ær. 3.

Alius, sed integre ΠΕΛΛΗΝΕΩΝ Bacchus nudus stans ocreatus, d. cantharum, s. thyrsum gerit. Ær. 2. Tab. XXV. n. 222.

Vnus tantum hactenus editus nummus Pellenae Achajae Vrbis ad sinum Corinthiacum, estque Caracallae apud Haym. T. II. pag. 323, cui propterea duo isti addendi. Recte monet Eckhelius D. N. T. II p. 258: nummum Domnae Pellerinii, in quo legitur ΠΑΛΛΗΝΑΙΩΝ ad aliam Vrbem Arcadiae referendum, veteribus Scriptoribus testibus, inter quos Plinius, et Apollonii Scholiastes.

ΑΥ Κ Λ ϹЄΠ ϹЄΥΗΡΟϹ Π *Imp. Caes. L. Sept. Severus Pertinax*. Caput Sept. Severi laureatum.

ΠЄΡΙΝΘΙΩΝ ΝЄΩΚΟΡΩΝ *Perinthiorum Neocor.* Vrna pulcherrime ornata, in qua palma. Ær. min.

ΑΥΤ ΚΑΙ Λ ϹЄΠΤ ϹЄΟΥ Caput L. Septimii Severi cum paludamento ad pectus.

ΤΡΑΙΑΝΟ ϹЄΛΙΝΟ ΤΗϹ ΙЄΡΑϹ, et in fronte templi ЄЄ ΟΥ ΤΡΑ *Trajanae Selinuntis sacrae Divi Trajani*. Templum tetrastylum, in quo Trajanus sub Jovis imagine facie imberbi sedet, dextra fulmen, sin. hastam puram gerens. Ær. m. Tab. XXV. n. 223.

Nummus integerrimus.

Primus hic est cum graeca epigraphe, qui in lucem prodeat Vrbis Selinuntis Ciliciae. Xiphilinus scribit eandem, in qua diem suum obierat Trajanus Imp., aliquando Trajanopolim dictam fuisse. Ex hoc nostro insigni numismate docemur eandem Vrbem adhuc sub Severo Principe proprium, vetusque nomen cum illo Imperatoris conjunxisse: insuper in templo eidem erecto divinos honores exhibuisse, atque ob id etiam sacram factam fuisse. Jam inde ab Augusti temporibus istud superstitiosae assentationis genus in universo imperio Romano, ac in ipsa Vrbe maxime propagari coepisse, ut etiam Flamines, aliaque Sacerdotia instituerentur res est notissima. Nec mirum, cum etiam stante Republica

ab ea Orientales populi minime abhorrerent. Atque unum Ciceronem in testem proferre sufficiat. Nam ille ad Atticum scribit: se cum esset Ciliciae Proconsul, ne templa, aedes, aliaque similia monumenta, sibi ab Asiaticis Vrbibus erigerentur prohibuisse.

In Catalogo Hennericiano p. 598 Lucillae nummus describitur, in quo cum Dianae gradientis typo legitur CЄΛΙΝΟVCΙΩ. Hunc Eckhelius D. N. T. III p 66 huic nostrae adscribit, quod Stephano civis Selinuntis Siciliae sit Σελινύντιος, et Σελινύσιος. De recta nummi lectione ex nostro mihi suboritur dubitatio; sed in qualibet hypothesi, duplici jam teste haec Vrbs Ciliciae Tracheae imperium numismaticum augebit. Ejus nummi ectypon cum aliis pluribus ad Cl. Sestinium rogatus trasmisi, a quo erudite lector hunc, caeterosque uberius illustratos invenies in lib. Descript. N. V.

..... Α CЄΠ CЄΟVΗΡ..... Caput Sept. Severi laureatum.

ΤΥΑΝЄΩΝ..... ЄΤ Δ Taurus stans indicans Tyanenses in Cappadocia ad Taurum montem sitos fuisse. Tituli sacrae, et autonomae evanuerunt. Vide Haym.

NVMMI COLONIARVM

..... CAES S SEVER AVG....., Capita Septimii Severi, et Caracallae laureata.

DECENNALES... ONINI COS III COL BER. Astarte in templo tetrastylo coronatur a Victoria columnae imposita. Duplex Ær. 2.

Testis praeclarus iste quamvis edit, de reconciliata gratia Berytiis per Antoninum Caracallam, quibus Spartianus testatur Severum patrem veniam dedisse filii precibus, quod Pescennii partes fovissent: Hinc intelligimus cur Berytii vota decenn. susceperint, eaque solverint in Caracallae honorem, eo anno, quo Consulatum III cum Geta fratre inierat A. V. C. Varr. CMLXI, ut in Fastis legitur, cujus rei te-

stes quoque habemus nummos Romae signatos, in quibus de eodem Caracalla legitur VOT. SOLVT. DEC. COS. III. Augusti honorem, titulumque cum Trib. Potest. a patre acceperat primis mensibus An. V. C. Varr. CMLI. Hinc recte procedit decennii computatio, quo Consulatu III, annoque labente sacris Decenn. peractis Severus cum filiis expeditionem in Britannos suscepit. In nummo Vaillantii caput Caracallae describitur sine laurea, in nostris tamen clare laureatus conspicitur, legiturque COL BER tantum.

L SEPT SEVER..... Caput Sept. Sev. laureat.

C. L. I. COR Bacchus nudus stans, d. cubito cippo innititur, s. urceum, ad pedes adest panthera. Ær. 2.

Iste editis addendus.

DIVO SEVERO. Caput Sept. Severi laureatum cum paludamento ad pectus.

I O M H *Jovi Opt. Max. Heliopolitano.*

COL HEL *Colon. Heliopolis.* Templum sexdecim columnis suffultum a lateribus, decemque a fronte cum gradibus. Duplex Ær. 2. Tab. XXV. n. 224.

Binos hosce praestantes nummos illustrat Malala scribens Chronogr. lib. XI de Antonino Pio: *Extruxit hic apud Heliopolim Phoeniciae Libani magnum Iovi templum, quod et ipsum inter mirabilia opera numerandum est.* Quod simile editum habemus apud Vaill. de Col., aliosque, paucioribus multo columnis suffultum exhibetur, cumque nummus ille pariter inscribatur DIVO SEVERO, merito suspicari licet haud recte fuisse delineatam in eo templi figuram. Istud magis respondet magnificentiae, et nomini, de quo apud Malalam, ut in altero Vaill., cujus frons X columnarum.

IMP CAES L SEP SEVER PER AVG T IVL.........
Capita jugata Severi quidem radiatum cum paludamento ad pectus, Juliae vero Ang. cum crescente luna. Ante utrumque caput in area duo signa incusa, et in uno quidem inscriptum. IΓ, in altero COL.

..... EP LAOD SACER (sic) CERT CAP Juppiter seminudus sedens, d. victoriolam cum corona, s. hastam. In imo sedis aquila: in area ante Jovem mensa, in qua urna, atque intra pedes mensae vas ansatum. Ær. m. Tab. XXV n. 225.

IMP CAES.... SEVER....... LIA AVG M C Capita jugata, ut in praecedenti sine ullo signo incuso.

.... LAOD SACER (sic) CERT CAP Typus, ut in praecedenti.

Similem exhibet Pellerinius Mel. I. Tab. XVIII n. 1. Sed ille meos quidem supplet in nomine *Col. Sept.* Laodiceae; habet enim SEP LAOD; mei vero vicissim illum Pellerinii suae integritati restituunt, docentque addendas voces de *sacro certamine Capitolino* ibidem instituto in beneficiorum memoriam, quibus ea Vrbs a Severo affecta fuerat, quod in bello civili contra Pescennium suscepto suis partibus stetisset. *Laodicea in Syria*, inquit Herodianus de eo bello verba faciens, *Antiochenorum odio, Severo prospere acclamavit.* Propterea *Divus Severus*, ut legitur apud Vlpianum lib. 1. de censibus, *Laodicenae Coloniae jus Italicum ob belli civilis merita concessit.* Addidit etiam Metropoleos titulum, ut ex seq. nummis fit manifestum. Habes itaque cur Laodicea se Septimiam in his nummis inscripserit, atque in honorem Jovis Capitolini certamina tum primum instituta commemoret. Nihil autem aptius typo ipsius aversae partis ad idem exprimendum, quod inscriptio declarat. Sedet enim Juppiter Nicephorus ante urnam ludorum cum victoria, et hasta. De certamine Jovis Capitolini, quod Romae agebatur, tum in Vrbe Heliopolitana, aliisque Coloniis necesse non est, ut hic verba faciam. Adi Vaillantium de Colon., Sponium, Spanhemium, aliosque, qui de iis fuse, eruditeque pertractant. Sphalma in voce *sacer* pro *sacrum* Artifici Syro facile condonandum, primis praesertim vicibus, quibus latina epigraphe in ea Vrbe adhiberi coepit; nam

antea ad Commodum usque Imperatorem inscribebatur ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ, adjecta insuper epocha, de qua vide in lib. n. In signo incuso vox I. LA inverse insculpta.

IMP CAEƧ L ƧEP ƧEVERO AVG T............ G M G
in alio L ƧEP ƧEVER...... ET IVL AVG M C Lege *Matri Castrorum*. Capita jugata, ut supra.
... AVDIC...... SEVER METROPOLI. In alio SEPT LAVDIC COL.. SEVER METROPOLI Silenus nudus stans d. elata, humero s. utrem hircinum gestat. Ær. m. Tab. XXV. n. 226.

In his litera S ex opposito scribitur, item pro ET ante nomen Juliae, ut in primo pariter, unicum T positum, reliquae literae barbariem olent, et inscitiam latini sermonis: semel etiam lit. E lunata forma scripta cernitur in primo ex Graecorum methodo sequioris aetatis. L quoque sic se habet in extremo vocis METROPOLI, quae licet parvi sint momenti, minime tamen omittenda duxi. Pellerinianus Tab. cit. in aliquibus differt, et utrique vicissim supplentur.

IMP C L S........ PERTIN AVG *Imp. Caes. Lucius* etc. Caput Septimii Severi laur.
DIANA ELAEIA. Diana stolata stans conversa respicit in partem sin., altera manu pateram, laeva vero facem accensam gerit, ad pedes cervus erecta fronte stat. Ær. 2. Tab. XXV. n. 227.

Plura, ut notum est, sunt Dianae nomina; ita ut Lilius Gyraldus Sintagma 12. CVIII recensere potuerit. Ἐλαΐας Palladis, ejusque templi mentionem habet Strabo lib. 9. pag. 374. Elaaeam etiam Dianam graece Ηλαίαν memorat lib. 8 p. 336. In Col. incerta editus hic nummus, in qua Dianae Elaaeae cultus, eoque augendus Index III, et IV Cl. Eckhelii Doctr. Num. Vet. Tom. IV p. 333, et pag. 543, in quibus titulus iste Dianae desideratur. In nummis M. Aurelii, et Commodi mentio facta est Elaitarum Æolidis. Extitere quo-

que aliae Vrbes, graece praesertim loquentes, a quibus hujus Dianae nomen, cultusque propagari potuit.

IVLIA DOMNA AVG

ΙΟVΛΙΑ ΔΟΜΝΑ ΑV Caput Jul. Domnae Aug.

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ *Hadrianopolis* in Thracia. Mulier stolata, et velata ad aram, d. pateram, s. hastam. Ær. 3.

Ι... ΛΙΑ ΔΟΜΝΑ C *Jul. Domna Aug.* Caput Jul. Domnae. Vbi initium inscriptionis signum incusum, in quo caput ejusdem Jul. Domnae, et C Є.

ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ *Alabandus* in Caria. Triplex lauri ramus cum fascia dependente. Ær. 2.

.... ΜΝΑ Caput Juliae Domnae.

ЄΙΩ.. ΓΑΖΑ In imo ςΞC An. CCLXVI Binae mulieres dextras jungunt, sive Io, et Genius Vrbis cum cornucopiae. In area inter utramque figuram signum Vrbis ♄. Ær. 3.

Emendandus iconismus Tab. XXII n. 178, ubi sub Faustina jun. delineatus. Est enim Juliae Domnae, ac prima nota minor, quae in disjecto margine parumper vitiata videbatur L, est nota ς, sequens vero Ξ, ut in aliis hujus Vrbis, exprimit annum LX. Vide in lib. de Epoch. Equidem nisi obstaret epocha, ex vultus lineamentis ad Faustinam jun. etiam referri posset nummus, sed praecedit in notis episemon ς, ex quo consequens fit sequentem notam Ξ de anno LX interpretandam, ideoque notas illas chronolog. non Faustinae jun., sed uni Juliae Domnae convenire posse.

ΙΟVΛΙΑ ΑVΓΟVCΤΑ Caput Jul. Domnae Aug.

ΔΑΜΑCΚΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC Caput turritum in templo tetrastylo. In imo taurus stans. Ær. 2.

ΙΟVΛΙΑ CЄΒΑCΤΗ Caput Juliae Domnae Aug.

ΔΑΡΔΑΝΙΩΝ *Dardaniorum* in Troade. Protome Palladis galeata. Ær. 2. Tab. XXV. n. 228.

Similem vide in Crispina paulo superius, et uterque celebrem in ea regione Dianae cultum jactat.

ΙΟΥ ΔΟΜΝΑΝ CЄΒΑCΤΗΝ. Caput Juliae Domnae Aug.

ЄΦЄCΙΩΝ Β ΝЄΩΚΟΡΩΝ Diana, et Apollo ex adverso stantes, seque respicientes cum attributis. Ær. 1. Tab. XXV. n. 229

Nummus pulcherr., quo Ephesii Juliam Domnam honorant, ac praeter Dianae, Apollinis quoque cultum memorant.

...ΟΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ Caput Jul. Domnae Aug.

ΙCΙΝ...ΩΝ In area Є Fortuna stans, dex. navis gubernaculum, sin. cornucopiae. Ær. 2.

Ex Mus. Millingen.

Supplere oportet ΙCΙΝΔΙΩΝ, vel ΙCΙΝΔΩΝ. Nam Stephano de Vrb. Gentile *Isindius*, et regio *Isindia*, *et Isinda*. Isindorum Pamphyliae provinciae meminit Synodus V Constantinopolit. In excerptis vero Polybii dicitur ΙCΙΟΝΔΑ, et Cariae adscribitur. Apud cit. vero Stephan. recensetur haec Vrbs inter eas Joniae. Cl. Pellerin. Pop. T. II pag. 152 binos primus hujus Vrbis autonomos edidit, ac Pamphyliam praetulit, cui illos assignaret. Ex Imperialibus nullus compertus ante Sestinium, qui unum Valeriani profert ex Mus. Cusineriano Epist. Tom. V p. 28, cui jam iste adjungendus.

ΙΟΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ CЄΒ Caput Jul. Domnae.

ΚΑΦΥΙΑΤΩΝ Figura militaris stans, d. extensa delphinum, sin. chlamydem sustinet, et vexillum militare. Ær. 3.

Alterum vide ejusdem Vrbis sub Sept. Severo. Typus aversae partis non absimilis ab eo Musei Theupol., qui propterea ex hoc supplendus. Caphya Arcadiae.

ΙΟΥΛΙΑ.....Β Caput Juliae Domnae Aug.

ΚΡΗΤΙЄΩΝ ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΙΤΩΝ Templum 4 columnarum cum Cybele sedente in medio. Ær. 2.

Cratia dicta postea Flaviopolis mediterranea Bithyniae.

ΙΟΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ Caput Jul. Domnae Aug.

ΝΕΑΠΟ.. Ι... Ν Mulier stolata, et velata stans ad aram, d. pateram, sin. cornucopiae, pede sinistro globo imposito. Supple ΝΕΑΠΟΛΙΤΩΝ. Ær.3. Tab XXV. n.230.

Plures memorantur a Geographis hujus nominis Vrbes. Nummorum tamen praesidio tres tantum hactenus innotescunt: Neapolis Campaniae, altera Palaestinae, tertia denique Macedoniae. Hujus postremae tres afferuntur nummi a Pellerinio Pop. I. p. 185, unus ab Eckhelio ex Museo Caes. D. N. T. II p. 72, quibus binos recens addidit Sestin. Descript. N. V. Sed in singulis, qui sunt autonomi legitur ΝΕΟΠ vel ΝΕΟ. Ea Palaestinae cum praenomine ΦΛ, idest Flaviae perpetuo inscribitur ΝΕΑϹ ΠΟΛ ϹΥΡ ΠΑΛΗϹ, addita insuper epocha Vrbis propria. Neapolis denique Italiae Vrbs celeberrima ad seriem numismatum Imperialium nihil attinet. Nummus igitur hic noster ad aliam ejusdem nominis Vrbem referendus a tribus recensitis diversam. Neapolis, graece ΝΕΑΠΟΛΕΙΤΩΝ in Caria; et Lydia memoratur Ptolemaeo, altera in Jonia Straboni inter Samum, et Ephesum, nec longe ab Vrbe dicta Panionium. Meus Gordiani nummus anecdotus, quem vide suo loco, refert concordiam ΑΡΠΑϹΗΝΩΝ ΚΑΙ ΝΕΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. Harpasa erat Vrbs Cariae; hinc pronum videtur inferre Neapolim quoque, de qua mentio in nummo, Cariae adscribendam. Nec obstat alterum tutelare numen Dianae in aversa parte ejus nummi expressum, nam cultus Dianae etiam si Ephesinae formam offerat, extra Joniam celebratus, quod nemo ignorat. Cl. Sestinius Epist. Num. T. V. pag. XXV. Joniam praefert ex nummo Treboniani Galli, in quo pariter legitur ΝΕΑΠΟΛΕΙΤΩΝ, additurque signum incusum sic Ͳ; eo quod idem signum offerant nummi Ephesiorum, et Smyrnae, a quibus non longe aberat Neapolis Joniae, de qua insuper testis est Strabo lib. XIV Neapolim hanc ante fuisse Ephesiorum, post

Samiorum. Judicet eruditus Lector quae potius ex duabus hisce provinciis sit anteponenda. Interim pro certo statuendum nummos ΝΕΑΠΟΛΕΙΤΩΝ inscriptos alterutri ex his Vrbibus esse adscribendos, nec minimam jam seriem ex iis confici, qua Geographia numismatica augeatur. Sunt autem hic noster Juliae Domnae, item alter Gordiani Pii, quibus addendi tertius Volusiani memoratus ex Sestinio, tum Hunterianus, quem immerito Eckhelius cum suo Caesareo Macedonianis potius accensendum putavit, vetantibus caeteris omnibus editis ejus regionis, qui constanter habent ΝΕΟΠ. Alterum denique Pembrockianum addit laudat. Sestinius Descript. N. V. pag. 347, apud quem plura de hisce nummis erudite animadversa invenies utroque cit. loco.

ΙΟΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ Α..... Caput Juliae Aug. cum stola ad pectus.

ΚΟΙ ΠΟΝ ΝΕΟΚΑΙϹ ΜΗΤΡΟ ΕΤ ΡΜR Figura nuda cippo imposita in templo tetrastylo, d. demissa vas, laevam elatam ad caput admovere videtur. In imo ara parva ignita. Ær. 1. Tab. XXV. n. 231.

Confirmatur ex hoc nummo, et altero Caracallae, quem vide suo loco, Pellerinii lectio, quod nempe in hisce nummis minime legendum sit, ut plerique faciunt ΚΟΙΝΟΝ ΝΕΟΚΑΙϹ, sed ΚΟΙΝ ΠΟΝ etc. De epocha vide in lib. saepe cit.

ΙΟΥΛΙΑ ΑΥΓΟΥϹΤΑ Caput Juliae Aug.

ΝΙΚΑΙΕΩΝ Æsculapius stans, dex. baculum, cui involutus est serpens. Ær. 2.

ΑΥΓ ΔΟΜΝΑ ΕΤ ΠΑΑΤΗ

CPΘ ΝΩΝ Caput Juliae Domnae.

In imo respondentibus perpendiculariter notis superioribus lit. ΕΤ, ut in fig.

.... ΕΠ ϹΕΥ........ Caput Sept. Sev. laureatum. Ær. crassior. 2. Tab. XXV. n. 232.

Ex epigraphe, quam descripsi, pro ut in nummo jacet, sequitur non recte praemitti in Catal. Vindob. Eckhelii, vo-

cem ΠΑΑΤΗΝΩΝ, deinde subsequi ΙΟΥ ΔΟΜΝΑ ΕΤ, quasi postremae literae ΕΤ epocham designarent. Melius apud Froelich. Append. II p. 85, ubi ΙΟΥ ΔΟΝΝΑ ΕΤ ΠΑΑΤΗΝΩΝ, et apud March. Maffejum, in quo legitur ΔΟΜΝΑ ΕΤ. Initio tamen in citatis non legendum ΙΟΥ, sed ΑΥΓ, ut in meis duobus, neque litera ЄΤ innuitur epochae annus, qui cum Severi imperio minime conciliari potest. Oportet autem singulos eos nummos in ima parte detritos fuisse, ubi in meo utroque legitur epocha, et in hoc quidem CΡΘ, quae notae, etsi in nummo integro aliquantum obtusae sint, non obscure tamen sese exhibent. Lit. itaque ET pro ЄΤΟΥC explicandae. Apud Pellerin. etiam Mel. II Tab. XXIX. n. 1. in simili fere scriptum legimus inordinate N. AV. IOV. ΣΡΖ. ΔΟΜΝΑ. ΩΝ, in quo notae chronol. positae supra caput Juliae, ubi in meis ЄΤ, mediamque pariter inscriptionem dividunt. ΠΑΑΤΗΝ Ex his autem, quae allata sunt mendum quoque suspicari licet in nummo, quem describit Sestinius Epist. Num. Tom. V p. LXXVI n. 34 sic: CΤΡΜΗ ΠΑΑΤΗΝΩΝ, atque de Julia *Matre Castrorum* interpretatur; initiales potius intelligendas conjicies ЄΤ, tresque notas chronol. quae vitiatae exhibentur, supplendas CΡΗ. Quod idem dicendum de altero simili nummo apud Neumannum Num. vet. p. 11. Tab. III fig. 3.

ΑΥΓ ΔΟΜΝΑ ЄΤ.........ΩΝ Caput Juliae. In imo perpend. ΤΑ An. CCCI.

Caput Sept. Severi vitiata epigraphe. Ær. 2. Tab. XXXVIII. num. 52.

Emenda in iconismo, ubi prima lit. insculpta est Α, pro Λ. Confirmat iste superioris, caeterorumque lectionem. Jamque tres habemus Juliae Domnae nummos ΠΑΑΤΗΝΩΝ cum notis chronol. ΣΡΒ ex Peller., cum ЄΤ. CΡΘ, ЄΤ. ΤΑ ex meis duobus, de quibus vide in lib. de Epoch.

ΙΟΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ CЄΒ Caput Juliae Domnae.

ΠΑVΤΑΛΙΑ *Pautalia* in Thracia. Caput turritum, et velatum. Ær. 2. Tab. XXV. n. 233.

IOVΛΙΑ ΔΟΜΝΑ CEBA *Jul. Domna Aug.* Caput ejusdem Aug.

ΠΕCCINOVNTIΩN Diana venatrix telum e pharetra depromens, s. arcum. Ær. 2. Tab. XXV n. 234.

In Galatia Tolisbogorum haec Vrbs sita erat, Matris Idaeae cultu celebris, ejusque simulacri Romam advecti religione maxime nobilitata. Iste tamen Dianae quoque cultum designat.

IOVΛΙΑ CEB ..... Caput Jul. Domnae Aug.

ΕΠ CTP ΑΙΑ ΑΠ......... N... In imo CMYPNAIΩN In area ΟΑ

Υ

Duae Nemeses stolatae stantes, seque respicientes dextras ad pectus admovent. Ær. 2.

In eo Vaillantii omittitur vox ΑΠΟΛ, legiturque ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ, quemadmodum supplendus videtur hic noster. Integre describitur a Sestinio Descript. N. V.

..... N ΔΟΜΝΑΝ C..... Caput Juliae Domnae Aug.

ΤΡΟΙΖΗΝ.. ΩΝ Supple ΤΡΟΙΖΗΝΙΩΝ *Troezeniorum*. Mons altus praeruptus, in cujus vertice templum pluribus columnis suffultum. Ad radices hinc inde arbor, quarum altera cypressus, altera olivae speciem exhibet. Ær. 2. Tab. XXV. n. 235.

Troezen in Argolide sita erat, ejusque nummi cum effigie Imperatorum raro occurrunt. A Commodo incipiunt, nec ultra Severi familiam progrediuntur. Hujus vero aversa pars peculiaris, cujus similem fere typum editum invenio apud Sestin. Descript. N. V. p. 215. sub Severo. Pausanias in Corinth. de Troezeniis scribens, refert in eorum foro extitisse templum Ἀρτέμιδος Σωτείρας; sed alterum in nummo designari patet. Ara quoque Jovis Liberatoris apud eandem Vrbem memoratur a Strabone, qui addit Neptuno sacram

extitisse. In hoc itaque nummo in honorem Jul. Domnae edito conjicere potius fas est templum exhiberi *Poliadis Minervae*, sive *Vrbis* illius *Praesidis*, de qua pariter mentionem habet Pausanias citato loco. Aliam de hoc typo explicationem affert laud. Sestinius, quem vide cit. loco.

IOVΛIΛ C.. Caput Juliae Domnae Aug.

..... ΠΠ...... Perseus Heros graditur ampliori capitis tegumento phrygium in morem acuminato, et inflexo tectus. Ejus sin. caput Medusae resectum ostentat, d. vero lateri suo adhaerens harpam, sive falcatum ensem humero impositum sustinet, simulque Orci galeam nudo brachio alligatam, ab eoque dependentem gestat. In pedibus alae utrimque satis conspicuae sunt, quibus Perseum instructum fuisse Mytologici fabulantur. Ær. 2. Tab. XXV. num. 236.

Nummus iste, quamvis ab injuria temporum male habitus, aptus tamen mihi videtur ad componendas lites, quae inter clarissimos viros excitatae sunt, vigentque adhuc de Persei figura, ejusque capitis tegumentis. Cl. enim Pellerinius, cujus acre ingenium, diligensque studium in recte describendis, explicandisque nummis numquam satis laudari poterit, etiam post ea, quae docte Eckhelius commentatus fuerat de nummo Sinopensi Persei imaginem, et arma exhibente Num. Vet. p. 172, in sua sententia permansit, scribens Tom. X Addition. in nummo Amastriae figuram, quae caput amputatum gerit eo capitis tegumento ornatum conspici, quod Perseo convenire nequit, ideoque fabulam in eo, caeterisque similibus nummis expressam ad alium transferendam esse. Itaque ex hoc nostro praestanti nummo liquet figuram, quae in nummo Amastriae Pelleriniano cum eodem capitis tegumento conspicitur esse quidem Perseum Heroem Medusae interfectorem, ut caetera symbola omnia erudite ab Eckhelio cit. loco, tum a Neumanno T. II pag. 1. illustrata, quaeque hisce nostris simillima sunt clare suadent;

capitis vero tegumentum, quo eadem figura ornata conspicitur non esse Orci, sive Plutonis galeam, quemadmodum Eckhelio, et Neumanno videbatur, justamque Pellerinio dissidendi causam praebuerat. Duplex enim patet tegumenti genus Heroi nostro tribuendum esse: unum aeneum cum alis adjectis, taeniisque, quo protectus expeditionem adversus Gorgones susceperat. Atque istud quidem sic depictum, quod constanter occurrit in nummis Philippi, et Persei postremorum Macedoniae Regum; illud ipsum esse, quod in suo Sinopensi nummo illustrat Eckhelius; illud quoque, quod Perseus Heros gestat e brachio dependens in hoc numismate. Alterum vero, quo ejus caput tegitur in hoc pariter nummo, tum in iis Amastriae, et Sinopensi Neumanni in morem, sive Phrygium, sive Persarum sine alis, sine taeniis, neque ex aere constans; ita ut discrimen ipsum, quod inter utrumque intercedit rem clare manifestet, atque omnis dirimendae controversiae satis aptum firmumque praebeat argumentum.

Admisso itaque, ut par est, atque ex hoc nummo clarissime patet, duplici tegumenti genere, quo uteretur Perseus, illud generatim concludendum erit: nummos omnes, in quibus exhibetur Heros stans cum capite Medusae resecto in sinistra, et Harpa, sive falcato ense in dextra, non alteri quam Perseo nostro adscribendos esse, sive in capite gestet Orci galeam, sive tantum pileum phrygium, sive utrumque unum brachio d., alterum in capite, ut in nummo nostro anecdoto, sive denique careat omni capitis tegumento, ut in pluribus nummis conspicitur, praesertim vero in pulcherrimo illo Caracallae numismate apud Pellerin. Addit. Tom. X pag. 60 Vrbis Sebastenorum, in cujus aversa parte Heros noster nudus corpore, nudoque capite in clypeo Palladis tanquam in speculo Medusam intuens, ne si eam suis met oculis respiceret in saxum converteretur,

neve ictum falleret, arreptis ejus crinibus ense falcato collum ipsius abscindit.

Quod ad Vrbem spectat, in qua nummus iste percussus fuerit ex lit. Π Π, quae supersunt liquet fuisse *Primam Ponti*, in eoque propterea subintelligendam Amasiam, quoniam sic inscribitur in nummis. Vide Eckhel. D. N. V. pag. 344 Tom. II. In nummis Amisi, Cabirorum, et Comanorum Ponti non infrequens typus Palladis cum Persei figura gladium falcatum gerente, et resecto quandoque Medusae capite, ac trunco pro pedibus jacente. Sed noster longe praestantior ob singula illius Herois arma, et integumenta simul collecta. A vero minime aberrare puto, si censeam Perseum in nummo expressum ab aliquo signo depromptum fuisse, quod in celebri aliquo, ac publico ejus provinciae loco, vel etiam Amasiae Vrbis dedicatum fuerat.

NVMMI COLONIARVM

IVLIA AVGVSTA Caput Juliae Domnae cum stola ad pectus.

C·I·C·A·APA D D *Colonia Julia Concordia Augusta Apamea Decreto Decurionum*. Triremis cum remigantibus. Ær. 2. Tab. XXVI. n. 237.

Primus omnium Cl. Bellejus M. T. XXV p. 105 comparatis inter se singulis inscriptionibus hujus Coloniae, quae primo sic efferuntur C. I. C. A; deinde C. I. C. AP, vel C. I. C. APA, ac tandem COL. IVL. CONC. APAM, merito eos nummos omnes, quos primo loco descripsi, quosque Vaillantius Carthagini antiquae, Harduinus vero modo Caesaraugustae Hispaniae, modo vero Corintho tribuendos censuerant, uni Coloniae Apameae Bithyniae restituendos demonstravit. Horum etiam nummorum, quotquot ad eum diem editi fuerant, accuratum edidit Catalogum. Sed pleniorem

deinceps vulgavit Cl. Sestinius T. III. Epist. num. p. 12, qui merito consulendus.

Cl. Eckhelius D. N. T. II p. 406 scribit hanc Coloniam propter epitheta *Juliae Augustae* videri Conditorem habuisse Augustum. Sed notatione dignum in hujus Coloniae nummis ante Jul. Domnam Augustae titulum nunquam inscriptum reperiri. Vide Sestin. qui omnes hujus Coloniae describit Epist. Tom. III pag. 12; ab eadem vero usque ad Gallienum raro omitti. Quod Apamea a Jul. Caesare Dictatore Colonia deducta fuerit in dubium revocari haud posse arbitror. Nam perpetuo Jul. nomen praefert, eamque Coloniam vocat Strabo, qui sub Augusto, et Tiberio scribebat. Ex silentio autem, quod eadem servavit quo ad titulum Augustae usque ad Severi tempora, illud consequens videtur, recentius multo hoc alterum eidem accessisse, et Severo ipso imperante.

IOVΛIA ΔOMNA Caput Juliae Domnae.

ЄMICωN KOA.... In imo HKΦ Anno DXXVIII. Ædificium quadratum duplicis ordinis cum statuis in utroque. Ær. 2.

De epocha vide in lib. n. saepius citato.

....LIA DOM..... Caput Juliae Domnae Aug.

COL A. A...P idest *Col. Aug. Aroe Patrensis* Aquila legionum inter duo signa militaria. Ær. 2.

Post Septim. Severum raro inveniuntur hujus Coloniae nummi, si unum excipias Caracallae. Horum numerum auget hic noster cum typo apud eam Vrbem non infrequenti.

IVLIA AVGVSTA Caput Jul. Domnae Aug.

MVNICIP STOB Municip. Stobensium. Victoria gradiens, d. coronam, s. palmam gerit, ad pedem d. in area rota. Ær. 2.

IVLIA AVGVSTA Caput Juliae Aug.

MVNI STOB Victoria gradiens, d. corollam, sinistra palmam. Ær. 3.

M. AVR. CARACALLA

AVT. K M AVP CE ANTΩNEINOC Caput laureatum Caracallae.

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ *Hadrianopolis* in Thracia. Hercules nudus stans, d. elata, s. clavam, ad pedes ara. Ær. 2.

AV K M AV ANTΩ... OC Caput laureatum Caracallae juvenis cum signo incuso ante pectus, in quo parva ipsius imago.

ΑΛΑΒΑΝΔЄΩΝ Lyra Apollinis. Ær. 2.

AV KAI M AV...... TΩNINOC Caput juvenile Caracallae laureatum.

......CЄV ANT AMACIAC MHT NЄ ΠP Π In imo ЄT CH An. CCVIII Substructio quadrata, supra quam ara, vel aliud aedificium in segmenta quadrata divisum, cui insistit aquila, ad latus vero substructionis arbor. Ær. 1. Tab. XXVI. n. 238.

AV KAI M AVP AN...... NOC Caput Caracallae juvenis laureatum, et cum paludamento ad pectus.

AΔP CЄ ANT........ In imo ЄT CΘ Supple *Hadrianae Severianae Antoninianae Amasiae* etc. *Anno CCIX*. Ædificium quadratum supra quod alterum, sive ara, vel basis, cui imposita statua pedestris. Ad latus dicti aedificii assurgit arbor, ut supra. Ær. 1. Tab. XXVI. n. 239. In primo lege *Neoc. I. Ponti*.

...... M ANTΩNIN...... Caput Caracallae imberbi laur.

AΔP CЄV ANT AMA .... MHT Π.... In area ЄT Caracalla, et Geta paludati stantes dex. jungunt: CΘ A. CCIX Ær. 1. Tab. XXVI. n. 240.

Plures ex hujusmodi nummis jam editi sunt, sed quod epocham contineant non omittendi, de quibus agemus in lib. de Epoch.

ANTΩN. . . . AVΓOVCTOC Caput laureatum Caracallae barbatum.

MHTPOΠ ANKYPAΣ In imo IΣΘ ΠYΘIA *Ancyrae Metropoleos Isthmia Pythia* certamina. Mensa, supra quam imposita urna grandior, ex qua emergit palma, media inter duas alias minores. Intra mensae pedes quinque globuli. Ær. 2.

AVT. K. M. A. ANTΩNЄINOC. CЄB. *Imp. Caes. M. Aurel. Antoninus Aug.* Caput Caracallae laureatum barbatum.

ΔHMAPX ЄΞ YΠATO Δ *Tribunic. potest. Cos. IV.* Aquila expansis alis coxae bovis insistit, rostro coronam gerit. Arg. inf. not.

Consulatum IV iniit Antoninus Caracalla Kal. Jan. A. V. C. Varr. CMLXVI, solo jam imperii habenas moderante, et interfecto in matris gremio Geta fratre anno praecedenti. Cusus itaque nummus ab inito Consulatu IV, et intra supremum ejus imperii quadriennium, quoniam alios non iteravit Consulatus ad usque diem VI, vel VIII Aprilis, quo Macrini dolo interemptus fuit An. V. C. Varr. CMLXX.

AV KA. . . . . . NTΩNINOC Caput laureatum Caracallae.

ΔAMACKOY MHTPOΠOΛЄΩC Caput muliebre turritum, ad cujus latus sin. cornucopiae. Ær. 2.

AV K M AVP ANTΩNINOC. Caput laureatum Caracallae.

ΘЄCCAΛONIKЄΩN Imperator cum chlamyde sub Cabiri effigie stans, d. incudem, s. malleum. Ær. 3.

MAP AV ANTΩNINON Caput juvenile Caracallae laureatum cum paludamento.

ΘOVPIATΩN Minerva galeata stans, d. pat., sin. hastam; in area Λ Λ. Ær. 3. Tab. XXVI n. 241.

Thuria Messeniae Oppidum. In familia tantum Severi hactenus innotescunt ejus nummi, et quidem pauci, quibus addendus hic noster. Lit. Λ Λ, quae in area conspiciuntur, praeeunte Pausania, indicant Thuriam ab Augusto Messeniis ademptam, Lacedaemoniis adscriptam fuisse, quod

in bello civili M. Antonii partes praetulisset, ut jam a Cl. Pellerinio animadversum. Hinc intelligimus cur inscriptum Λ Α, ut in nummis Laconiae.

ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ Caput laureatum Caracallae.

ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ *Thyatirenorum*. Fortuna stans cum attributis. Ær. 2.

ΑΥΤ Κ ..... ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ϹΕΒ Caput laureat. Caracallae.

ΘΕΑϹ ϹΥΡΙΑϹ Ι..... ΩΝ In alio ΑΙΤΩΝ, idest: *Deae Syriae Hieropolitarum* eadem Dea seminuda, et turrita sedens inter duos leones, d. tympanum. Ær. 2.

Alius, in quo Dea Syria in sin. partem conversa. Ær. 2. Hieropolis in Cyrrhestica.

Μ........ ΝΕΙΝΟϹ ϹΕ..... Caput laureatum Caracallae barbat.

.... Α ΠΑΝΙΑϹ In area ϹΙΔ Anno CCXIV Mulier turrita stans habitu brevi, s pedem rupi, sive Panio monti impositum tenet, d. navis gubernaculum, s. cornucopiae gerit. Duplex Ær. 2. Tab. XXVI n. 242.

Similis edit. apud Pell. ac de eo vide lib. n. de Num. Imp. cum notis Chronol., sive de Epoch.

ΑΥΤ Μ ΑΥΡΗΛ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ..... Caput ejusdem laureat.

ΜΗΤΡΟ ΚΑΙϹΑΡΕΙΑϹ ΝΕΩΚΟ ΕΤ ΙΕ Anno XV. Figura muliebris insidens monti Argaeo d. florem trifidum gestat. Ær. 1.

Ex Mus. Odescalco, postea Vatic.

Iste ob peculiarem typum aversae, et notas chronol. addendus caeteris, quos Eckhelius recenset. Annus ΙΕ ducendus ab A. V. C. CMLI, quo, mense martio dictus Augustus a patre.

..... ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ Caput Antonini Caracallae laureatum juvenili facie.

ΚΙΑΒΙΑΝΩΝ ΑΝΩ Fortuna stans cum temone, et cornucopiae in sinistra. Ad pedes rostrum navis. Ær. 3.

Vide alterum in Domitiano.

AV K M AV ANTΩNЄINOC CЄ Caput laureatum Caracallae cum paludamento ad pectus. In area ante faciem signum incusum, in quo caput ejusdem Imp.

ΛΑΟΔΙΚЄΩΝ ΝЄΩΚΟΡΩΝ. Rhea Jovem puerulum ulnis tenet. Adstant Corybantes cum tympanis superne aquila, et in imo duo fluvii jacentes. In basi sellae, cui insidet Rhea sic inscriptum ΛΑΝ. Ær. m. m.

Ex Mus. M. Northvvich. Numm. est integerr.

Vaillantius in simili notas legebat ΤΠΗ, ac de anno CCCXXCVIII interpretabatur. Pellerin. Mel. II pag. 149, et Catal. Theup. ejusdem Caracallae nummos describunt, cum typis, et figuris inter se quidem diversis, sed cum iisdem pariter notis ΤΠΗ. Idem autem dicito de similibus apud Eckhel. ex Mus. Caes., et Pembrok. Sestin. tamen Epist. T. IV p. 126 habet ΤΗΜ in Jul Domna; in Caracalla vero D N. V. p. 469 ΠΤΜ. In tanta itaque earum lit. diversitate nihil certi statui posse videtur, nisi quod variis literis solitariis notentur hujusmodi nummi.

In hoc equidem, quem descripsi nulla epocha intelligi potest, quemadmodum etiam eadem excluditur ex duobus recitatis nummis Sestinii in quibus legitur ΤΗΜ, et ΠΤΜ. Eandem tamen in aliquibus tuentur Bellejus, et Eckhelius, qui prae ceteris videndus D. N. T. III p. 166, et in Num. Vet. p. 260. Mihi quidem mirari subit cum tanta sit affinitas hujus nummi cum eo Vaillantii, in literis tamen summum esse discrimen. Denique notandum Cl. Pellerinium, qui antea epocham in suo agnoverat, in Blondii sententiam postea descendisse. Videndus etiam Sestinius Descript. N. Vet. p. 469.

.... ANTΩNЄINOC Caput Caracallae laureat. v. d.

ЄΠΙ ΓΡ Μ ΟΥΑΠΙΑΝ.... ΝΙΣΤΟΥ ΜΑΓΝΗΤΩΝ Diana Leucophryne stans cum verubus, et cervis capite turrito a duabus hinc inde Victoriis adstantibus coronatur. Ær. 1. Incerta lectio hujus magistratus.

AVT ..... ANΓΩNЄINOC Caput Caracallae laureatum facie juvenili.

..... OVΛΠΙΑΝΟΥ ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. *Sub... Vlpiano Marcianopolitarum*, in Thracia. Mercurius nudus stans, d. crumenam, s. caduceum. Ær. 2.

... AVPHΛ ANTΩNINOC Caput imberbe Caracallae laur.

KOIN ΠΟ NЄOKAI MHTPO ЄT P MR Templum tetrastylum. Ær. 1. Tab. XXV. n. 243.

Vide de hoc nummo in lib. de Epoch.

ANTΩN NOC AVΓOVCTOC Caput Caracallae laureatum.

NIKAIEΩN Juppiter sedens, d. pateram, sin. hastam. Ær. 1.

ANTΩNINOC AVΓOVCTOC Caput Caracallae laureatum.

NЄIKAIЄΩN Fortuna stans, d. navis gubernaculum, sin. cornucopiae. Ær. 2.

ANTΩNINOC AVΓOVCTOC Caput Caracallae laureatum.

NIKAIEΩN Pallas galeata stans, dex. pateram, sin. hastam. Ær. 2.

M AVPHΛI ANTΩN CЄ BPT (sic) Caput laureat. Caracallae.

NIKAIEΩN *Nicaeensium*. Pallas galeata stans, d. galeam, s. hastam. Ær. 3.

Facies a caeteris diversa, et ad Elagabalum referri posset, sed vetat inscriptio cum titulo *Britannici*.

ANTΩNINOC AV......OC Caput Caracallae laureatum.

NIKAIЄΩN *Nicaeens.* Templum a fronte, et a latere magnae molis columnis decem undique suffultum, ornatumque. Ær. 2.

Ostendunt hi recensiti nummi ab editis diversi quam dives esset haec Vrbs in re monetaria, atque in Caracalla ornando, studio, et voluntate propensa.

ANTΩNЄINOC AVΓOVCTOC Caput laureatum Caracallae.

NIKOMHΔЄΩN ΔIC NЄΩKOPΩN *Nicomediensium iterum Neocororum* Justitia stans cum bilance, et cornucopiae. Ær. 2.

ANTΩΝЄΙΝΟC ΑΥΓΟΥCΤΟC Caput laureat. Caracallae.

ΝΙΚΟΜΗΔЄΩΝ ΔΙC ΝЄΩΚΟΡΩΝ Serpens in se ipsum circumplicatus capite humano, quo erectus stat in medio areae. Ær. 2. Tab. XXVI n. 244.

Non erat omittendus praeclarus iste nummus, quo veterum fama celebre illud Alexandri cujusdam e Paphlagonia impostoris commentum designatur de Glyconis serpentis imagine sub specie humana in pictis linteis ab eo expressa, qua non modo Graecis, sed etiam Romanis tamdiu illusisse constat. Incipiunt hujusmodi nummi sub Antonino Pio, quo de genere plura erudite animadversa invenies, praesertim apud illustr. Spanhem. de Praest. Num. T. I. pag. 213.

ΑΝΤΩΝЄΙΝΟC ΑΥΓΟΥCΤΟC Caput Caracallae laureatum.

ΝΙΚΟΜΗΔЄΩΝ ΔΙC ΝЄΩΚΟΡΩΝ Mulier turrita scopulo insidens, d. pateram. Ær. 2.

ΑΥΤ ΚΑΙC Μ ΑΥΡ ΑΝΤΩΝЄΙΝΟC Caput Caracallae laureatum pectore loricato.

ΔΗΜ ΝΙΚΟΠΟΛЄΩC Hercules nudus, d. clavam sustinet, s. arcum. Ær. 1. Tab. XXVI. n. 245.

Praeter vocem ΔΗΜΟC, quae nunc primum hujus Vrbis nummis adjecta conspicitur, nihil peculiari observatione dignum occurrit. Nummus est integerr. et figura Herculis eleganter expressa, ab aliquo signo in ea Vrbe posito deprompta videtur. Similis est alteri in nummis Cyzicenorum. Vide Arigon. in L. Vero.

... Μ ΑΥ ΑΝΤΩΝЄΙΝ... Caput laureatum Caracallae cum paludamento ad pectus.

ΙЄΡΑC ΝЄΙΚΟΠΟΛЄΩC Mulier seminuda sedens, d. vas, s. hastam gerit. Ær. 2. Tab. XXVI. n. 246.

Veneris Genitricis figura in aversa parte expressa videtur, a qua Gens Julia, et Augustus a Julio Caesare Dictatore adoptatus originem suam referebat. Vas quod gerit in d. non semel in aliis nummis cernitur, ut in meo

Nicomediensium Faustinae jun. quem vide suo loco, ubi in altero eadem dextra pomum retinet. Idem vas expressius exhibetur in nummo ejusdem Caracallae cum Plautilla a Cnidiis signato, in quo Venus ἀναδυομένη nuda linteum sustinet supra vas magnum ante pedes positum, Æsculapio comite, quem delineatum exhibet Haym. Parte II Tab. XLI. n. 2. In simili aversa parte Nicomediensium Faustinae jun. pannum videre sibi visus fuit Vaillantius; Arigonius vero serie tertia Imperat. Tab. XX n. 259 trophaeum exprimit in simili huic nostro Caracallae; hinc uterque emendandus, nisi velimus in eo Vaillantii designari Venerem pariter e mari exeuntem ex linteo, in altero vero Arigonii Venerem eandem victricem.

AV K M AV ANTΩNЄINOC Caput Caracallae radiatum cum signo incuso ad collum, in quo aquila.

ΠЄΡΓΑΙΩΝ Mensa quadrata, in qua tria vasa ludorum, sive urnae. Ær. 2.

Vide similem aversae partis typum apud Vaill. in Alexandro Sev., insuper delineatum etiam in Volusiano.

.. K M AV... TΩNIN Caput Caracallae laureatum.

ΠЄΡΓΑΙΩΝ Victoria gradiens cum corolla, et palma. Ær. min.

AVT KAI M AVP CЄOVHP ANTΩNЄINOC Caput laureatum Caracallae pectore loricato. In area signum incusum.

ЄΠΙ CTP M KAIPЄTA ATTЄAΛIOY ΠЄΡΓΑΜΗΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ. Γ. NЄΩKOPΩN Imp. paludatus cum patera in d. supra tripodem sacrificans ante templum sex columnarum, in quo Aesculapius stans cum attributis, et infra templum taurus gibbosus. Ær. m. m. Tab. XXVI. num. 247.


Differt ab iis Vaillantii non modo in figuris, sed etiam in epigraphe aversae partis: habet enim ЄΠΙ CTP M KAIPЄA ATTAΛOY: *Sub Praetore Marco Caerea Attali F.* cum in nostro clarissime legatur M. KAIPЄTA ATTЄAΛIOY. In aliis

Caracalla paludatus, et eques pacificatoris habitu spectatur. Quod ille valetudinis causa Pergamum se contulerit A. V. C. CMLXVIII, et in templo Aesculapii somnia captaverit, Herodiano teste in ejus vita, hinc factum est, ut in gratiam praecipui hujus, ac tutelaris Pergamenorum Numinis eam Vrbem summis beneficiis affecerit, ac propterea in eximio numismate Mus. Caesarei se inscribere potuerit: Η. ΠΡΩΤΗ ΤΗϹ ΑϹΙΑϹ ΚΑΙ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙϹ. ΠΡΩΤΗ. ΚΑΙ. ΤΡΙϹ. ΝЄΩΚΟΡΟϹ. ΠΡΩΤΗ. ΤΩΝ. ϹЄΒΑϹΤΩΝ. ΠЄΡΓΑΜΗΝΩΝ. ΠΟΛΙϹ.

AVT K M AVP ANTΩNINOC CЄ Caput Caracallae laureat.

ΠΡΟVϹΙЄΩΝ Hercules nudus clavae innititur. Ær. min.

De hac Prusia Bithyniae diximus in Commodo. Cum plures a veteribus Scriptoribus hujus Vrbis Conditores nominentur. Hercules praeferendus videtur, de quo peculiaris mentio in nummis, ut in hoc nostro ex symbolis innuitur. Vide Eckhel. T. II. Doctr. N. V. pag. 436.



INDICES II

I


VRBIVM ET POPVLORVM

A QVIBVS EDITI NVMMI IMPERIAL.

HVIVS I PARTIS

II

RERVM PRAECIPVARVM



ADDVNTVR IN FINE TABVLAE

CVM FIGVRIS SELECTORVM NVMISMATVM

INDEX I

VRBIVM ET POPVLORVM

A QVIBVS EDITI NVMMI, QVI IN HAC I PARTE IMPERIAL. CONTINENTVR.

N

ΝΕΑΠΟΛΕΩC ΦΛ, aut CYPIAC ΠΑΛΑΙCTIN, Fl. Neapolis Samariae, vel Syriae Palaestinae. Num. *Titi*. p. 139, et seq. *M. Aurelii*. p. 248. *Faustinae jun.* p. 256.

ΝΕΑΠΟΛΙΤΩΝ Neapolitarum Cariae, vel Joniae. Num. *Jul. Domnae* p. 296.

NEMAVSVS Galliae Narb. Colon. Num. *Agrippae cum Aug.* p. 52. *Cum Cajo, vel Lucio Caes.* Ibid.

ΝΕΟΚΑΙC ΜΗΤΡ ΚΟΙΝ ΠΟΝ Neocaesarea Metr. in Ponto. Num. *Jul. Domnae*. p. 297. *Caracullae*. p. 308.

ΝΙΚΑΙΕΩΝ Nicaea Bithyniae. Num. *Jul. Caesaris*. pag. 3. *Claudii*. p. 86. *Messalinae*. p. 88. *Neronis*. p. 108. *Domitiani*. p. 150. *Antonini Pii*. p. 227. *M. Aurelii*. p. 248 *L. Veri*. p. 262 *Commodi*. p. 270. *Jul. Domnae*. p. 297. *Caracullae*. p. 308.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ Nicomedia Bithyniae. Num. *Claudii*. pag. 86. *Messalinae* Ibid. *Britannici cum matre* Ibid. *Domitiani*. p. 153 *Antinoi* p. 215. *Antonini Pii*. p. 227. *Faustinae jun.* p. 257. *L. Veri*. p. 262. *Commodi*. p. 271. *Sept. Severi*. p. 288. *Caracullae*. p. 308, et seq.

ΝΙΚΟΠΟΛΕΩΣ ΙΕΡΑΣ Nicopolis Epiri. Num. *Augusti* p. 21. *M. Marcelli Aug. nepot.* p. 41. *Trajani*. p. 179. *L. Aelii Caes.* p. 213. *Commodi*. p. 271. *Caracallae*. p. 309.

ΝΙΚΟΠΟΛΕΩC ΔΗΜ Populus Nicopolis, forte Thraciae. Num. *Caracallae*. p. 309.

ΝΙΚΟΠΟΛΕΩΣ ΠΡΟΣ ΜΕΣΤΩ Nicopolis ad Mestum fluv. Thraciae. Num. *Commodi*. p. 271.

ΝΥCΑΕΩΝ Nysa Cariae. Num. *Domitiae cum Domitiano*. pag. 162.

O

ΟΞΥΡ. Oxyrynchites Nomus. *Hadriani*. pag. 202.

ΟΡΘΩCΙΕΩΝ Orthosia Phoeniciae. Num. *Antonini Pii*. pag 227.

OSCA Hisp. Tarracon. Col. Num. *Augusti*. p. 34.

Π

ΠΑΓΑΙΩΝ Pagae Atticae. Num. *M. Aurelii*. p. 248.

ΠΑΛΤΗΝΩΝ Paltos Syriae. Num. *Jul. Domnae cum Sept. Severo*. p. 297.

PANNONIAE superae, et infer. Num. *Albini Caes. Adulterinus*. p. 282.

ΠΑΤΡΑΕ Patra Achajae Col. Num. *Augusti*. p. 34. *Domitiani* p. 160 *M. Aurelii*. p. 254 *Commodi*. p. 278. *Jul. Domnae*. p. 303.

ΠΑΥΤΑΛΙΑC ΟΥΛΠ. Ulp. Pautaliae Thraciae. Num. *Commodi*. p. 271. *Jul. Domnae*. p. 298, et seq.

INDEX II


RERVM PRAECIPVARVM


QVAE IN HAC PRIMA PARTE IMPERIAL. CONTINENTVR.

ERRATA CORRIGENDA

P. 227. lin.	5 CΩTHPI ACAH	*Corrige*	ACKAH
P. 245. l.	3 in Eolida		in Aeolide
P. 267. l.	25 AN. I		Lit. solit.
P. 287. l.	4 Orologium		Horologium

P. 344. Col. 2. lin. 14 Omissa initio vox *Notae*.



ΠΗΙΟΣ
ΝΙΚΑΙΕΩΝ
ΓΛΣ
KAR
RIS
SC
ΚΑΙ ΣΑ ΡΟΣ
ΣΕΒΑ ΣΤΟΥ
ΜΑΛ ΛΩ ΤΩΝ
ΚΤΙΣΤΗΣ
ΑΥΓΟΥΣΤΟΥ
ΝΕΙΚΟΠΟ
ΛΕΩΣ
ΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΑΥΓΟΥΣΤΟΣ
DIVO AVGVSTO
REST


19
ΕΦΕ
ΣΙΩΝ
20
ΑΡΧΕΛΑ
ΘΕΑ
ΘΕΟΣ
21 A
ΛΙΟΥΙΑ
ΣΕΒΑΣΤΟΥ
21 B
ΛΙΟΥΙΑ
ΣΕΒ
ΠΑΤΡΙ
22 A
22 B
IMP AVG
DERT
HILERCAVONIA
23
ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ
ΣΕΒΑΣΤΟΣ
24
25
CVT
26
ΤΙΒΕΡΙΟΣ
27
ΑΝΤΩΝΙΑ
28
ΑΝΤΩΝΙΑ
ΣΕΒΑΣΤΗ
ΣΕΒΑΣΤΟΣ
29 A
29 B
30
ΚΑΙΣΑΡ
ΤΙΒΕΡΙΟΣ
ΘΕΣΣΑΛΟΝΙ
31
ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΓΟΥΣΤΟΥ
ΔΡΟΥΣΟΣ
ΤΙΒ ΓΕΡ
ΚΑΙΣΑΡΕΣ
32
ΤΙΒ ΓΕΡ
33
34
ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ
35
36
CAESAR
COR
37
AVG
COS C CAESAR AVG
38
ΚΟΥΣΙ
ΝΙΟΣ
ΕΦΕ


Tab. XV



Tab. XVI


55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
NERO CLAUDIUS CAESAR AUG GERM TR P IMP P P
PISONE II V
QVICOR
DIVOSCL AVD
ΣΕΒΑΣΤΗ
S C
ΜΑΚΕΔΟΝ
ΑΠΡ

Tab XVII.



75
ΕΠΙ ΠΑΝCΑ ΠΡΕCΒΕΥ ΤΟΥΕΤΙ
76
ΜΥΡΝΑΙ
77
78
ANN
79
80 A
80 B
81
82
ΜΑΡΝΑ
83
ΔΟΜΙΤΙΑΝΟCΚΑΙCΑΡCΕΒΑCΤΟCΓΕΡΜΑΝΙΚΟC
84
85
86
ΠΡΟΥ ΣΙΕΩ Ζ
87
88
ΕΤΟ
89
90
91
SALUTI AUGUST
S C
92
93



Tab. XIX


118
ΑΥΤΟΚ ΤΡΑΙΑΝΟΣ
Æ
ΠΕΛΚΕΛ
119
ΤΡΑΙΑΝ ΣΕΒ ΓΕΡΜΑΛΙΚ
Æ
L B
120
Æ
LIZ
121
ΣΕΒΑΣΤΗΝ ΠΛΩΤΕΙΝΑΝ
Æ
ΕΠΙΤΡΑΙΑΝΟΥΚΑΙΤΟΒΥΖΑΝΤΙΟΝ
122
ΠΛΩΤΕΙΝΑ ΤΡΑΙΑΝΟΣ
Æ
Ε ΣΙΑ
123
ΣΕΒΑΣΤΗ ΜΑΡΚΙΑ
Æ
124
ΣΕΒΑΣΤΟΣ
Æ
ΒΚΣ
125
ΣΑΡΟΛΥΜΠΙΟΣ ΑΔΡΙΑΝΟΣΚΑΙ
Æ
ΕΦΕΣΙΩΝ
ΔΙΣΝΕΩΚΟ ΡΩΝ
126
ΣΑΡΟΛΥΜΠΙΟΣ ΑΔΡΙΑΝΟΣΚΑΙ
Æ
ΑΡΤΕΜΙΣ ΕΦΕΣΙΑ
127
ΑΥΤΟΚΡΑΤ ΑΔΡΙΑΝΟ
Æ
ΗΛΕΙΩΝ
128
ΑΥΚΑΙΤΡΑ ΑΔΡΙΑΝΟΣΟΛΥΜΠΙΟΣ
Æ
ΑΓΡΙΠΠΙΝΟΣ ΣΤΡΑΤΗΓΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕ
ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ
129
ΑΥΤΟΚΡΚΑΙΣΑΡΤΡΑΙΑ ΝΟΣΑΔΡΙΑΝΟΣ
Æ
ΗΚΥ ΤΡΙΠΟΛΙΤ
130
Æ


Tab. XX


131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143 A
143 B
144
ΣΕΒΑΣΤΗ ΣΑΒΕΙΝΑ
ΚΟΙ ΝΟΝ
ΒΕΙΘΥΝΙΑΣ

Tab. XXI


145
ΟΜΟΝΟΙΑ
146
ΑΝΤΙΝΟΟϹ
ΗΡΩΕΟϹ
ΑΝΚΥΡΑΝΩΝ
147
ΑΝΤΩΝΙΝ
ΑϹΚΑ
ΔΝϹ
148
149
ΡΑϹ
ΕΩΝ
150
151
152
153
154
155
ΟΡΘΩϹΙΕΩΝ
156
157
ΤΑΡϹΕΩΝ
ΜΗΤΡΟΠΟΛΕ
158
159
ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ
160
ΤΡΑ
161
ΑΝΤΩΝΙΝΟϹϹΕΒΑΥΤΚΑΙΑΔΡ
L
Є

Tab. XXII




Tab. XXIII


181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
ΟΜΟΝΟΙΑ
ΕΛΑΙΤΩΝ
ΠΡΟCΜΕCΤΩ



Tab. XXV


219
220
221
222
223
224
DIVO SEVERO
225
226
227
PERTINAVG
228
229
230
231
232
233
234
235
236

Tab XXVI



237
IVLIA AVGVSTA
Æ
238
Æ
ETCH
239
Æ
ETCΘ
240
Æ
241
242
243
ETPMR
244
Æ
245
ΔΗΜ ΝΙΚΟ ΠΟΛΕΩΣ
Æ
246
Æ
247
Æ
ΠΡΩΤΑΝ ΓΝΕ ΑΚΟΡΩΝ
248
Æ
249
Æ
250
Æ